


Vecsey Lajos

Az imádságok bullája és A déli harangszó

mű a Pázmány Péter Elektronikus Könyvtár (PPEK)
– a magyarnyelvű keresztény irodalom tárháza – állományában.

Bővebb felvilágosításért és a könyvtárral kapcsolatos legfrissebb hírekért
látogassa meg a <http://www.ppek.hu> internetes címet.



Impresszum

Dr. Vecsey Ludovicus
Bulla Orationum et Pulsatio Meridiana
Az imádságok bullája és a déli harangszó

Editio bilinguis – Latina et hungarica

Callixti III
Bulla Orationum

Ex codice originali Reg. Vat. eruta atque cum introductione in relatione ad pulsationem meridianam instructa curis et operis Dr. Ludovici Vecsey cons. eppalis

III. Kallixtus
Imádságok bullája (Bulla orationum)

Az eredeti szöveget alapján fordította és a „Déli harangszó”-t magyarázó bevezetéssel ellátta Dr. Vecsey Lajos pp. tanácsos

Imprimatur
Ad. S. Gallum, die 26. Junii 1955.
Weder, vic. gen.

A könyv elektronikus változata

Ez a publikáció az azonos című könyv elektronikus változata. A könyv 1956-ben jelent meg, a nándorfehérvári diadal 500 éves évfordulójára. Az elektronikus változat tartalmazza az eredeti kétnyelvű szöveget, azután pedig külön-külön a latin és magyar nyelvűt. A kétnyelvű rész jegyzetei szintén két oszlopban, két nyelvben láthatók.

Tartalomjegyzék

Impresszum	2
Tartalomjegyzék	3
Mottó	4
Latin-magyar kétnyelvű	5
Introductio	5
Bevezetés	5
Bulla Orationum	19
Az imádságok bullája	19
Notitiae	28
Jegyzetek	28
Lingua Latina	33
Introductio	33
Bulla Orationum	43
Magyar nyelvű	48
Bevezetés	48
Bulla Orationum (Az imádságok bullája)	58

Mottó

„*Hungaria: antemurale christianitatis!*”
(Nicolaus V, Callixtus III, Pius II)

„*Magyarország: a kereszténység védőpajza.*”
(V. Miklós, III. Kallixtus, II. Pius)

Pro Anno Jubilaeo Quingentesimo Pulsationis Meridianae

1456–1956

A Déli Harangszó 500 éves jubileumára

Latin-magyar kétnyelvű

Introductio

I. Memoria victoriae celeberrimae de Hunyadi et „Bullae orationum” Callixti III.

Ratione habita *Anni Jubilaei* 1956 p. Chr. n. per totum orbem christianum, imprimis per Hungaros christifideles celebrandi, in memoriam maximae celeberrimaeque victoriae, virtute Hungarica, inlyto et gloriosissimo milite Joanne *Hunyadi*, „athleta Christi”, et Sancto Joanne de *Capistrano* ducibus, de Turcis toti occidenti christiano barbarissimam invasionem imminentibus, apud Castrum *Nandoralbense* (Belgrad) die 21. et 22. Julii anno 1456 mirabiliter reportatae, atque „*Bullae Orationum*” per *Callixtum III* Summum Pontificem eodem anno ad promovendam eandem victoriam editae, quae praecipiebat ubique terrarum auctoritae Sanctae Sedis subiectarum campanas singulis diebus hora meridiei pulsari debere, iuvat nos, occasione anniversarii quingentesimi factorum gloriosissimorum mentes christianas excitare simulque historiam pulsationis meridianae investigatione breviori problematum prosequi atque illustrare.

Nostrum est ante omnia demonstrare, quomodo Bulla ista praedicta cum consuetudine hodierna singulis diebus hora meridiei campanas pulsandi cohaereat; porro, quomodo et qualiter illa victoria *Nandoralbensis* in relatione ad hanc rem sit aestimanda ac intelligenda. Demonstrata prima parte problematis, conclusio per se patet et valet ad secundam.

II. Vestigia vetustissima pulsationis meridianae

Primum vestigium certum campanas hora meridiei pulsandi invenitur in decretis synodi *Pragensis* anno 1386 habitae. Quae praescribunt, quod singulis *feriis sextis* tempore *Nonae* in omnibus ecclesiis campana notabilis

Bevezetés

I. Emlékezzünk Hunyadi világraszóló győzelmére és III. Kallixtus „Imádságok bullá”-jára

Az 1956-os jubileumi évre való tekintettel, melyet az egész kereszténység, de elsősorban mi magyarok fogunk ünnepelni, annak a nagyszerű és dicsőséges győzelemnek az emlékére, melyet 1456. júl. 21. és 22-én Nándorfejérvár mellett a világhírű hadvezér, Hunyadi János, Krisztus atlétája vezérlete alatt és Kapisztrán Szent János közreműködésével csodálatosan vívtak ki a magyar vitézek az egész nyugati kereszténységet megsemmisüléssel fenyegető törökök ellen; továbbá emlékére az „*Imádságok bullájának*”, melyet *III. Kallixtus* pápa ugyanazon évben adott ki a győzelem előmozdítása céljából, melynek révén elrendelte az egész keresztény világban a déli harangozást, örömmel hívjuk fel ezen dicső tetteknek 500 éves évfordulója alkalmából a keresztény hívek figyelmét s egyúttal bizonyítását adjuk a déli harangszó történetének a problémák rövid vizsgálatával és megvilágításával.

Mindenek előtt arra szeretnénk rámutatni, hogy milyen összefüggés van az említett bulla és a déli harangozás szokása között; továbbá, hogyan és milyen módon kell értékelnünk és értelmeznünk a nándorfejérvári győzelmet e kérdéssel kapcsolatban. Ha az első kérdésre a választ megadtuk, a következtetés magától adódik a másodikra.

II. A déli harangszó legrégebbi nyomai

A déli időben való harangozás első biztos nyomát az 1386-ban tartott *prágai* zsinat rendelkezéseiben találjuk, melyek előírták, hogy minden *pénteken* a „*Nona*” idején egy nagyobb haranggal minden templomban

pulsetur in memoriam amarae passionis Salvatoris nostri; omnis labor, etiam esus interrumpi debeat et flexis genibus 5 Pater noster in honorem s. vulnerum pro avertenda pestilentia, gentilitate ac adipiscenda in regno pace dicantur.¹ Tam orantibus quam campanam pulsantibus indulgentiae 40 dierum elargiebantur.²

In oppido *Wischau* (in districtu Olmütz, Bohemia) synodus anno 1413 habita in cap. 4. praescribit pulsationem campanae maioris *hora meridiei* singulis feriis sextis in memoriam passionis Jesu Christi. Dicenda erant 3 Pater noster et totidem Ave Maria flexis genibus in honorem passionis Domini.³

In provincia ecclesiastica *Salzburg* introducta erat anno 1418 consuetudo, secundum quam singulis *feriis sextis hora nona* per campanam signum dari deberet in memoriam mortis Jesu amarae ad excitandum christifideles gratiarumque actiones agendas. Oratio praescripta: Psalmus: Deus, Deus meus vel 5 Pater noster ac Ave Maria. Orationes dicentibus indulgentiae 40 dierum elargiebantur.⁴

Similia decreta legi possunt in actis synodorum provincialium eccl. *Moguntiae* (Mainz) et *Coloniae* (Köln) anno 1423 habitatum. In synodo provinc. *Moguntiae* e. g. praescribitur, quod „omnibus feriis sextis hora meridiei vel circa, in memoriam passionis ac mortis Domini nostri Jesu Christi nostraeque redemptionis pulsetur solemniter magna cuiuslibet earundem ecclesiarum campana ad excitandum Christifideles ...”⁵

Consuetudo campanas pulsandi hora meridiei in memoriam passionis Jesu Christi in monasterio „Val-des-Écoliers” in Belgio (à Mons en Hainaut) anno 1451 iam pro omnibus hebdomadae diebus introducta esse dicitur.⁶

III. Consuetudo vetus non est praecursor pulsationis meridianae, sed pulsationis feriis sextis hora tertia post meridiem habendus

Quaeritur nunc, quid nobis de his pulsationibus devotionibusque iisdem coniunctis tenendum sit? Potest-ne consuetudo campanas pulsandi in

harangozzanak a mi *Megváltónk* keserves *kínszenvedésének emlékére*. Ezalatt minden munkát, még az étkezést is abba kellett hagyni és térdelve 5 Miatyánkot imádkozni az 5 szent seb tiszteletére, hogy a járványos betegséget és a pogány gondolkodást távoltartsák és az országban békét szerezzenek.¹ Mind az imádkozók, mind a harangozók 40 napi búcsút nyerhettek.²

Az olmützi kerület (Csehországban) *Wischau* nevű helységében az 1413-iki egyházi gyülekezeten elrendelték a 4. fej.-ben egy nagyobb haranggal való harangozást minden pénteken *délben* Jézus Krisztus szenvedésének emlékére. 3 Miatyánkot és ugyanannyi Üdvözlégyet kellett térdénállva imádkozni az Úr szenvedése tiszteletére.³

A *salzburgi* egyháztartományi zsinat 1418-ban vezette be azt a gyakorlatot, melynek értelmében minden *pénteken 9 órakor* a haranggal jelt kellett adni Jézus keserves kínszenvedésének emlékére, hogy a híveket imádságra és hálaadásra figyelmeztesse. Az előírt imádság volt: a Deus, Deus meus kezdetű zsoltár vagy 5 Miatyánk és Üdvözlégy. Az imádságot elvégzők 40 napi búcsút nyertek.⁴

Hasonló rendelkezéseket találni a *mainz-i* és *köln-i* egyháztartományi zsinatok aktáiban is az 1423-ik évből. A mainz-i pl. előírta, hogy „minden pénteken délben vagy dél körül a mi Urunk Jézus Krisztus szenvedésének, halálának s megváltásunknak emlékére minden egyes templomnak nagy harangját meg kell húzni a hívek figyelmeztetésére...”⁵

A Jézus szenvedésének emlékére való déli harangozás szokását Belgium egyik kolostorában („Val-des-Écoliers á Mons en Hainaut) 1451-ben már úgy találja, hogy minden napra be van vezetve.⁶

III. A régi gyakorlat nem a déli, hanem a péntek délutáni harangozás elődjének tekintendő

Az a kérdés most, hogy mit kell tartanunk ezekről a harangozásokról és a velük kapcsolatos ájtatosságokról? Tartható-e a Jézus

memoriam passionis divini Salvatoris in supradictis locis pro singulis feriis sextis et postea in monasterio quodam Belgico pro omni die introducta praecursor pulsationis meridianae modernae haberi, ut quidam auctores opinantur?

Ad quaestionem bene intelligendam atque explicandam notandum, hic de initiis solummodo agi cuiusdam usus particularis ecclesiastici, qui ineunte quidem saeculo XV. magis magisque divulgatus ac circa annum 1450 iam pluribus in locis notus, sed certam formam nondum adeptus est atque cum consuetudine moderna hora meridiei singulis diebus campanas pulsandi haud aliquid commune habuit.

Differt usus ille a hodierno ante omnia *fine devotionis*, quae memoriam passionis et mortis Jesu in christifidelibus fovendi ac compassionem excitandi causa ordinata est. Pulsationis *dies* – uno casu excepto – certa id est pro *feriis sextis* praescripta, sed *hora* adhuc incerta videtur. *Textus* etiam orationum praescriptarum earet caractere constanti.

Verum quidem est, vestigium quoddam pulsationis meridianae in usu supradicto cognosci posse – agitur enim certis in locis de pulsatione hora meridiei feriis sextis –, sed ratione habita finis devotionis in memoriam passionis Salvatoris nostri introductae non potius dicere debemus, istam praecusorem pulsationis pomeridianae hora tertia feriis sextis praescriptae et hodie quoque existentis habendam esse?

Re uberius considerata duae ideae in usu praedicto latitantes distingui possunt: pia passionis mortisque Jesu memoria – ratio prima essentialis – et tempus id est dies horaque pulsationis – ratio secundaria accidentalis, quae posterior adhuc imperfecta, in statu evolutionis exstitit. Antequam hac in re ad perfectionem perventum esset, mutatio maxima facta est: Callixtus III Summus Pontifex suam „Bullam Orationum” publicari campanasque tempore meridiano singulis diebus pulsari fecit ordinavitque. Per decretum autem Papae consuetudo pristina non abrogatur, sed in sua forma essentiali sine mutatione ulterius quoque observatur,⁷ donec mutatis mutandis

szenvedése emlékére harangozás gyakorlata, mely a fentemlített helyeken pénteken, és később egy belga kolostorban minden napra be van vezetve, a mai déli harangozás elődjének, mint egyes auktorok állítják?

A probléma megértéséhez és megvilágításához meg kell jegyeznünk, hogy itt bizonyos részleges egyházi szokás kezdeteivel van dolgunk, amely ugyan a 15. század elejétől kezdve mindig jobban terjed és 1450 körül már több helyen ismert, de határozott formát még nem öltött és a mai déli harangozás szokásához nem sok köze van.

Eltér az a gyakorlat a maitól elsősorban az *ájtatosság célját tekintve*, mely Jézus szenvedésének és halálának emlékét volt hivatva a hívek lelkében ápolni s iránta a részvét érzését felkelteni. A harangozás *napja* – egy eset kivételével – meghatározott, azaz a *péntekekre* vonatkozott, de az órája még ingadozni látszik. Az *imádságok szövege* sem mutat még állandó jelleget.

Bár tagadhatatlan, hogy a mai déli harangozás szokásának némi halvány nyoma már az említett gyakorlatban is fellelhető – bizonyos helyeken ugyanis déli harangozásról van szó pénteki napokon –, de tekintetbe véve a mi Üdvözítőnk szenvedésének emlékére meghonosított gyakorlat célját, nem azt kell-e inkább mondanunk, hogy ez a ma is érvényben lévő, pénteki három órára előírt harangozás előfutárjának tekintendő?

Bővebb megfontolás után kettő, a fenti szokásban rejlő gondolatot különböztethetünk meg: az egyik Jézus szenvedésére és halálára való kegyeletes megemlékezés – mint vezéreszme; a másik – mellékes szempont – a harangozás ideje vagyis napja és órája, mely utóbbi még ingadozó, nem megállapodott. Mielőtt azonban e tekintetben a fejlődés befejezéshez jutott volna, megtörtént a nagy változás, III. Kallixtus imára felszólító bullájának (Bulla orationum) megjelenése és intézkedése a déli harangszóra vonatkozóan. A pápa intézkedése a fennálló szokást nem szünteti meg, hanem az a maga, lényeges formájában változás nélkül továbbra is

Benedictus XIV per suum Breve die 13. Dec. anno 1740 editum pulsationem in memoriam passionis et mortis divini Salvatoris singulis feriis sextis hora tertia post meridiem in omnibus cathedralibus et ecclesiis parochialibus celebrandam praescripsit; orationes flexis genibus dicentes – 5 Pater noster et 5 Ave Maria – suppositis supponendis indulgentias 100 dierum lucrari potuerunt. Congregatio indulgentiarum die 15. Maii anno 1886 declaravit, horam pulsationis nullum influxum exercere ad lucrandas indulgentias.⁸

Post haec sine dubio possumus eloqui, quod usus supradictus in tantum cum pulsatione meridiana moderna concordat, in quantum feriis sextis in pluribus locis hora meridiei pulsabatur. Unicus casus Belgicus singulis diebus pulsandi non potest ac debet aliud quam exceptio singularis spectari.

IV. Callixtus III ordinat pulsationem meridianam: Bulla Orationum

Consuetudo laudabilis singulis diebus hebdomadae campanas hora meridiei pulsandi introducta erat a Callixto III. Iste Pontifex die 29. Junii anno 1456 Bullam Orationum („Cum his superioribus annis”) pro tota Ecclesia catholica praescripsit ac eo fine edidit, ut contra Turcos toti occidenti christiano periculum supremum imminentes cruciatam spiritualem orationis pararet. „Tyranus Turcorum – inquit idem S. Pontifex – ... superbiae currum ascendens vastitatem totius populi christiani et occidentis nuperrime mente concepit ad idque invadendum violencius se in dies parat gestiens sanctum Christi nomen de terra perdere et impii canis Mahometi damnatum et orrendam blasphemiam inducere.”⁹

Totum orbem christianum tanti periculi admonere mentesque hominum ad orandum excitare volens Callixtus III confugit ad medium pulsationis meridianae, uti signum periculi non secus ac orationis. Ad zelum fidelium augendum orationibus ad pulsationem dictis indulgentias coniunxit, sicut in Bulla legimus: „Et ut omnis populus cuiuscunque sexus et generis oracionum et indulgentiarum

megmarad,⁷ míg a szükséges változtatásokat megtéve XIV. Benedek 1740. dec. 13-án kiadott Brévájével az isteni Üdvözítő szenvedésének és halálának emlékére a péntek délutáni három órai harangozást az összes székesegyházak és plébániatemplomok számára előírta; azok, akik térdelve az előírt imát – 5 Miatyánkot és 5 Üdvözlégyet – elmondták, a szokásos feltételek mellett 100 napi bűcsút nyerhettek. A bűcsúk kongregációja 1886. máj. 15-én kijelentette, hogy a harangozás időpontja a bűcsúnyerést nem befolyásolja.⁸

Ezek után nyugodtan kijelenthetjük, hogy fenti gyakorlatnak a mai déli harangozáshoz csupán annyi köze van, amennyiben *péntekeken* több helyen délben harangoztak. A mindennapi harangozás belga példájának egyetlen esetét nem szabad és nem kell másnak tekintenünk, mint egyedülálló kivételnek.

IV. III. Kallixtus elrendeli a mindennapi déli harangozást: az „Imádságok bullá”-ja

A mindennapi déli harangozás dicséretes szokásának bevezetése III. Kallixtus nevéhez fűződik. Ez a pápa 1456. június 29-én az egész katolikus Egyház számára előírt „imádságok bulláját” („Cum his superioribus annis”) – abból a célból adta ki, hogy az egész nyugati kereszténységet végveszéllyel fenyegető törökök ellen lelki keresztes hadjáratot szervezzen. „A törökök zsarnoka (II. Mohamed) ... felülve a góg szekere az egész keresztény világnak és nyugatnak elpusztítását vette tervbe a minap és hogy oda behatolhasson, napról-napra hevesebben készülődik, az lévén legfőbb vágya, hogy Krisztus szent Nevét a földről kiirtsa és az istentelen kutyának, Mohamednek átkozott és borzalmas istentelenségét bevezesse.”⁹

Hogy az egész keresztény világ figyelmét a nagy veszedelemre irányítsa és az embereket imára sarkalja, III. Kallixtus a déli harangszó eszközéhez folyamodik, mely vészjel és imádságra szólító jel egyben. A hívek buzgóságának növelésére a harangszóra végzett imákat bűcsúkkal kötötte össze, ahogy a Bullában olvassuk: „És hogy minden nép fajra és nemre való különbség nélkül ezeknek az

huiusmodi particeps esse possit, precipimus et mandamus, ut in singulis ecclesiis quarumcunque civitatum terrarum et locorum inter nonas et vespervas, videlicet ante pulsationem vesperarum, sed ei propinque saltem per intervallum medie hore singulis diebus tribus vicibus una campana vel plures sonorosae, ut bene audiantur, pulsantur, quemadmodum pro angelica salutatione de sero pulsari consuevit, et tunc quilibet dominicam orationem videlicet Pater noster et angelicam salutationem videlicet Ave Maria gracia plena etc. tribus vicibus dicere debeat, quibus semel quadraginta, tribus autem vicibus dicentibus genibus flexis Centum dies indulgentiarum misericorditer in Domino elargimur.”¹⁰

V. Cruciata orationis pro victoria cruce signatorum

Summum Pontificem revera sanctam cruciatam per publicationem Bullae Orationum parare voluisse demonstrant etiam ordinationes aliae in Bulla contentae. Iuxta quas *sacerdotes* missam celebrantes *orationem* contra paganos praescriptam dicere debebant; huic orationi S. Pontifex indulgentias 100 dierum coniunxit. Praeterea per totum orbem christianum in singulis civitatibus, terris, castris et villis sive locis omnibus primis diebus dominicis singulorum mensium *processiones* generales fieri fecit, ad quas omnis populus, clerici tam saeculares quam regulares, religiosi et religiosae convenire debuerunt. In ipsa solemnitate processionis per praedicatorum quempiam *sermo ad populum* habendus, cuius erat christifideles paenitentiae, pressuraeque patienter sufferendae ac morum corrigendorum et magnitudinis periculi Turcici admonere atque ad orationem excitare.

Christifidelibus omnibus cruciatae spiritualis participes fieri volentibus aperiuntur thesauri gratiarum Ecclesiae: „... vere penitentibus et confessis, qui ad predictas processiones convenerint, septem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia impartimur. Illis vero, qui pia emiserint vota eaque compleverint aut orationum aut

imáknak és búcsúknak részese lehessen, megparancsoljuk és elrendeljük, hogy az összes városok, területek és helyek minden egyes templomában a Nona és Vesperás között, tudniillik a Vesperásra harangozás előtt, de azt legalább egy félórával megelőző időpontban minden nap, egy vagy több messzehangzó haranggal, hogy jól hallhatók legyenek, háromszor harangozzanak, ahogy esténként az angyali üdvözlésre harangozni szokás, és akkor ki-ki az Úr imádságát vagyis a Miatyánkot, és az angyali üdvözlést vagyis az Üdvözlégny Mária, malaszttal teljes-t háromszor köteles elmondani; azoknak, akik csak egyszer, 40 napi, akik pedig háromszor elmondják térdenállva, kegyesen az Úrban 100 napi búcsút engedélyezünk.”¹⁰

V. Imakeresztes hadjárat a keresztesek győzelméért

A Bulla egyéb rendelkezései azt bizonyítják, hogy a pápa tényleg lelki keresztes hadjáratra gondolt a Bulla Orationum nyilvánosságra hozásával. Eszerint a *papoknak*, akik celebráltak, a szentmisében a pogányok ellen előírt *könyörgést* kellett venniük. Ennek az imának elvégzését a pápa 100 napi búcsúval kötötte össze. Azonkívül az egész keresztény világban minden város, falu vagy vár, vagy kolostor templomában minden hónap első vasárnapján engesztelő és könyörgő *körmeneteket* kellett tartani, melyeken az egész szerzetes és világi papság, mindkét nembeli szerzetesek és a nép tartozott megjelenni. A körmenetek alkalmával valamelyik jelenlévő szónoknak *szentbeszédet* kellett mondania a *nép számára*; a szónok feladata volt a hívőket bűnbánatra, a megpróbáltatások türelmes elviselésére, erkölcsi megjavulásra és a török veszély nagyságára figyelmeztetni s imára buzdítani.

Minden hívő számára, aki a lelki keresztes hadjáratban résztvenni óhajtott, *megnyitja a pápa az Egyház kegyelmi kincstárát*: „... az igazán bűnbánóknak és a szentgyónás kegyelmében részesülőknek – mondja a Bulla –, akik az említett körmeneteken megjelentek, 7 évi és ugyanannyi 40 napi búcsút engedélyezünk. Azoknak pedig, akik jámbor *fogadást* tettek,

peregrinationum aut elargicionis elemosinorum, ut omnipotens Deus ad auxilium christianorum respicere pro sua pietate dignetur, duos annos et totidem quadragenas de vera penitencia indulgemus.”¹¹

Denique non omittit Vicarius Christi spem suam in victoriam per cruciatam reportandam huiusmodi verbis exprimere: „Et de celo, uti confidimus, victoria dabitur contra dietum perfidum Turcum et alios damnate secte Mahometice in partibus orientalibus sectatores.”¹²

VI. Publicatio Bullae Romae, in Italia – Prima vice pulsantur campanae meridie in Urbe aeterna

Bulla Orationem Romae, sicut supra iam diximus, die 29 Junii anno 1456 inter missarum solemnium publicata fuit. Ipse Summus Pontifex celebravit missam in basilica principis apostolorum bullamque per Petrum tit. S. Marci presb. Cardinalem Venetum publicari fecit. Hac die itaque prima vice campanae in Urbe aeterna hora meridiei vel paulo post meridiem pulsabantur ac mox etiam in aliis urbibus et oppidis villisque auctoritati ecclesiasticae subiectis. Prima dominica Julii processiones generales habitae, „et eodem mense – inquit Callixtus III – ante festum B. Jacobi gloriosissima victoria secuta est, quae nec minor censenda est illis, quas Deus populo suo concessit tempore Moysis, Machabeorum, Caroli Magni... populares cruce signati cum uno solo milite ac Dei athleta comite Joanne Vayvoda victoriam de innumerabilibus hostibus reportarunt.”¹³

VII. Sors Bullae in aliis Europae regnis

Non solum Romae Summo Pontifice praecipiente ac in terris Sedis Apostolicae et orationes diebus ac horis statutis, et cetera omnia in Bulla contenta celebrabantur, sed bullae per universum orbem christianum exequendae et publicandae missae stant.¹⁴ In

akár imádság gyakorlására, akár zarándoklatra, akár alamizsna osztására és azt beváltották, hogy a mindenható Isten a keresztények megsegítésére irgalmassága szerint letekinteni méltóztassék, 2 évi és ugyanannyi 40 napi bűcsút engedélyezünk.”¹¹

Az imahadjárat sikerébe vetett reményét a pápa végül e szavakkal juttatja kifejezésre: „És bízunk benne, hogy az ég győzelmet ad nekünk az említett hitszegő török és Mohamed átkozott szektájának a keleti részeken lévő más követői ellen.”¹²

VI. A Bulla kihirdetése Rómában, Itáliában – első déli harangszó az örök városban

Az imádságok bulláját, mint fentebb említettük, Rómában 1456. június 29-én ünnepélyes istentisztelet keretében hirdették ki. A pápa maga mondta a szentmisét az apostolok fejedelmének templomában, ugyanakkor Velencei Péter, a Szent Márk templom áldozárbíornoka által a bullát a nyilvánosság előtt felolvastatta. E napon tehát először kondultak meg pápai rendeletre délben vagy kevéssel a déli órák után a harangok az örök városban s utána hamarosan a pápai állam többi városaiban, helységeiben és falvaiban is. Július első vasárnapján ünnepélyes körmeneteket tartottak s „még ugyanazon hónapban – mondja III. Kallixtus – Szent Jakab ünnepe előtt bekövetkezett a világraszóló győzelem, mely nem becülendő kisebbnek azoknál, melyeket Isten Mózes, a Makkabeusok és Nagy Károly idejében engedett népének. Egyszerű keresztiesek egyetlen katonával, Isten atlétájával, gróf Hunyadi János vajdával az élükön a számtalan ellenség fölött győzelmet arattak.”¹³

VII. A Bulla sorsa Európa többi országaiban

A pápa rendeletére nemcsak Rómában és az apostoli székek alárendelt területeken tartották meg az előírt napokon és órában a körmeneteket, imádságokat és egyéb a bullában tartalmazott előírásokat, hanem az egész keresztény világban szétküldték a bullát

suo 'Breve' duci Burgtindiae misso enarrat Summus Pontifex Callixtus III, quod Bulla Orationum „per totam Italiam, Alemanniam, Hungariam et Hispaniam, et uti credimus, Franciam publicata existit et observatur.”¹⁵

Publicatio Bullae extra limites Italiae propter magnam distantiam geographicam et difficultates itineris tunc temporis in variis locis variis temporibus facta est ac evolutio historica suspicari sinit, consuetudinem meridie pulsandi postea multis in locis oblivioni traditam esse, etiam in ipsa Urbe Roma.

Sine dubio constat, pulsationem meridianam *Bononiae* (Bologna) die 26 Augusti anno 1456 introductam esse.¹⁶

Synodus *Brixin*. proponente hortanteque Nicolao Cusano pulsationem meridianam anno 1457 in diocesi praescripsit et in. cancellis populo intimandam ordinavit.¹⁷

In Gallia anno 1460 fundatio facta est in civitate Le Puy, ut mane, meridie et vesperi campana pulsaretur.¹⁸ De fundatione altera eodem anno facta legere possumus in „*Gallia christiana*”: „Sub eodem praesule (Joanne V. episcopo Aniciensis) anno 1460 Agnes de Montilio vidua Johannis Jourda civis Aniciensis, praedium donavit maiori ecclesiae, ut ter in die pulsaretur maior campana, ad cuius sonitum salutatio angelica recitaretur, quae consuetudo nondum forte alibi erat recepta (sic)”.¹⁹ Rex Galliae, Ludovicus XI., pro suo regno praescripsit pulsationem meridianam – sine dubio ratione habita ordinationis Bullae Orationum – anno 1472 „obtinendae pacis publicae gratia.”²⁰ „Tertia compilatio statutorum Ord. Cartusiensis” de anno 1509 expressis verbis adscribit pulsationem meridianam in domibus ordinis introductam ordinationi papali: „In omnibus domibus Ordinis – legitur in statutis –, quae sunt sub ditione domini regis Franciae, singulis diebus hora meridiei ex ordinatione apostolica (scil. Sixti P. IV.) pulsetur campana pro Ave Maria pro pace dicti regni conservanda, eo modo, quo pulsatur hora completorii et singulae personae earundem domorum dicant tribus vicibus Ave Maria. Pro quibus vice qualibet 300 dies de

végrehajtás és kihirdetés végett.¹⁴ Burgundia fejedelmének küldött brévéjében azt is jelzi III. Kallixtus, hogy az imádságok bulláját már „egész Itáliában, Németországban, Magyarországon és Spanyolországban, s amint hisszük, Franciaországban kihirdették és megtartják.”¹⁵

A Bulla kihirdetése Itália határain kívül tekintettel a nagy földrajzi távolságokra és közlekedési nehézségekre a különböző helyeken különböző időben történt s a történeti fejlődés azt gyaníttatja, hogy a déli harangozás szokása később sok helyütt feledésbe ment, magában Rómában is.

Annyi bizonyos, hogy *Bolognában* a déli harangozást 1456. aug. 26-án bevezették.¹⁶

A brixeni zsinat Cusai Miklós javaslatára és buzdítására a déli harangszót 1457-ben az egyházmegyében bevezette és elrendelte, hogy azt a szószékről a népnek tudomására hozzák.”¹⁷

Franciaországban 1460-ban alapítványt tettek Le Puy városban reggeli, esti és déli harangozás céljából.¹⁸ Ugyanabban az évben egy másik alapítványról olvashatunk a „*Gallia christiana*”-ban: „Ugyanazon főpásztor (V. János, Annecy-i püspök) alatt 1460-ban Ágnes de Montilio, Jourda János annecy-i polgár özvegye, birtokot adományozott a nagyobbik templomnak, hogy naponta háromszor harangozzanak a nagyobbik haranggal, amelynek hangjára az angyali üdvözllet imádkozzák el, amely szokás másutt még aligha volt bevezetve.”¹⁹ Franciaország királya, XI. Lajos, birodalma számára 1472-ben írta elő a déli harangozást – kétségkívül a Bulla Orationum rendelkezésére tekintettel –, hogy országa számára a békét biztosítsa.²⁰ „A kartauzi rend szabályainak harmadik kiadványa” az 1509-ik évből a rend házaiban bevezetett déli harangozást kifejezetten pápai rendeletre alapozza: „A rend összes házaiban – olvashatni a statutumokban –, amelyek a francia király fősege alá tartoznak, apostoli rendelkezés (ti. IV. Sixtusé) alapján mindennap délben harangoznak Ave Máriára a birodalom békéjének megóvásáért, hasonló módon, mint kompletóriumra harangoznak és ugyanazon házak összes tagjai három Ave Maria-t

indulgentia ex indulto apostolico (scil. Sixti P. IV.) consequuntur vere paenitentes et confessi.”²¹ Etsi finis pulsationis meridiana hic ab eo Callixti III alienus designetur, tamen idea pulsationis Bullae Orationum desumpta est. Robertus Saguin notat in opere suo, quod „mos (scil. meridie puls.) hactenus diligenter a plerisque servatur.”²²

Anno 1456 ordinatione episcopali (*Augsburg, Germania*) signum campanae dari debuit omni die hora secunda post meridiem pro avertendo periculo Turcico ad orationem excitandam.²³

VIII. Alexander VI instaurat ordinationem Callixti III – pulsatio meridiana divulgatur ubique locorum

Consuetudinem meridie pulsandi a Callixto III pro universa ecclesia introductam et partim iam oblivioni traditam renovat *Alexander VI* Summus Pontifex anno 1500, uti Joannes Burchardus scribit in suo Diario: „Dominica, 9. Augusti in meridie pro prima vice pulsatum est in omnibus ecclesiis parochialibus *Urbis* Pater noster et Ave Maria dicendum contra Turcas, prout tempore fel. rec. *Callixti P. III* fuit institutum ex parte SS. D. N., ut intellexi, mandatum pulsari huiusmodi in meridie singulis anni diebus perpetuis futuris diebus (sic) debere observari.”²⁴

Usus pulsationis meridianae condam a Callixto pro universa Ecclesia praescriptus et nunc per Alexandrum VI renovatus saeciulo XVI celeriter divulgabatur.

In Italia in civitate *Imola* proponente duce Joanne III Sassatello anno 1506 denuo introducitur pulsatio meridiana.²⁵ *S. Carolus Borromäus* in synodo quadam anno 1573 habita praescribit: „Ut cum datur et vesperi et mane et meridie signum salutationis angelicae, genibus flexis ubiubi sit oret, ut sanctissimi instituti est.”²⁶

In Hispania ad analogiam consuetudinis Romae vigentis introduxit *S. Ignatius de Loyola* in civitate *Azpeitia* pulsationem meridianam, sicut in autobiographia eiusdem legitur: „Curavit etiam et effecit, ut ter interdiu, sicut Romae fit, ad salutationem angelicam

imádkoznak. Ezért minden alkalommal 300 napi búcsúban részesülnek apostoli engedmény (ti. IV. Sixtus pápáé) alapján azok, akik bűnbánó szívvel a szentségekhez járultak.²¹ Jóllehet a déli harangozás célja itt a III. Kallixtustól jelzettől eltér, a harangozás gondolata a Bulla Orationum-ból van véve. Saguin Róbert művében megjegyzi, hogy (a déli harangozás) szokását eddig a legtöbben szorgalmasan megtartják.”²²

1456-ben az *augsburgi* püspök rendeletére (Németországban) a haranggal minden nap délután 2 órakor jelt kellett adni, hogy a török veszély elhárításáért imádságra szólítson.²³

VIII. VI. Sándor megújítja III. Kallixtus rendeletét – a déli harangszó mindenütt elterjed

A déli harangozásnak III. Kallixtustól az egész egyház számára előírt és részben már feledésnek indult gyakorlatát 1500-ban *VI. Sándor* pápa újítja meg, ahogy Burchardus János „Diarium”-ában feljegyzi: „Augusztus 9-én, vasárnap délben első ízben harangoztak a *Város* minden plébánia-templomában, Miatyánkot és Üdvözlégyet mondandó a török ellen, aszerint, ahogy boldog emlékezetű *III. Kallixtus idejében* el volt rendelve; a mi Urunk, a pápa parancsára ezt a déli harangozást az év minden napján a jövőben örök időkre meg kell tartani.”²⁴

A Kallixtustól egykor az egész egyház számára elrendelt és most VI. Sándortól megújított déli harangozás szokása a XVI. században gyorsan elterjedt.

Olaszországban Imola városában III. János Sassatello herceg javaslatára 1506-ban újra bevezetik a déli harangozást.²⁵ *Borromei Szent Károly* egyik, 1573-ban tartott zsinaton előírja, „hogy amikor este, reggel és délben az angyali üdvözlésre jelt adnak, térdenállva imádkozzék ki-ki, ahol éppen van, amint a legszentebb intézkedés parancsolja.”²⁶

Spanyolországban *Loyolai Szent Ignác* honosította meg *Azpeitia* városban a déli harangozást a Rómában meglevő szokás analógiájára, miként önéletrajzában olvasható: „Arról is gondoskodott és keresztül vitte, hogy azonközben háromszor, miként Rómában

signum campanae pulsu daretur, populusque oraret, mane nimirum, meridie et vesperi.²⁷

IX. Doctrina Catechismi Coloniensis

*In terra Germaniae fideles ordinationis papalis memores fecit episcopus Viennensis, Friedericus Nausea in suo Catechismo dicens: Cum periculum Turcicum gradum supremum attingeret, confugitum esse sub praesidium Mariae uti advocatae apud filium divinum eiusque tutelae comparandae causa pro toto orbe christiano ordinatum esse, ut illa ad minimum duabus vicibus (scil. extra pulsationem de sero etiam meridie!) ab omnibus christifidelibus ut mediatrix et patrona apud filium Jesum per salutationem Archangelii Gabrielis advocaretur et in perpetuum institutionis huiusmodi memoriam campanae pulsarentur; et hostem demum devictum esse.*²⁸

*In Bohemia ad propositionem hortationemque S. Petri Canisii archidux Ferdinandus, filius imperatoris et regis Ferdinandi I, anno 1556 iussit per decretum ad clericum directum populo intimari, ut usus meridie campanam pulsandi in memoriam passionis Jesu (sic) renovaretur et oratio pro auxilio contra Turcos fieret; et ad pulsum campanae omnes genibus flexis orare deberent; si hoc non facerent, punirentur.*²⁹

*In Tyrolia introduxit idem archidux, cum princeps huius territorii factus esset, usum eundem denuo; ordinavit enim postulavitque, ut meridie campana pulsaretur omnesque flexis genibus et manibus extensis imprimis contra Turcos orarent. Decretum omni mense una vice intimandum erat populo.*³⁰

*Exeunte ergo saeculo XV et in limine saeculi XVI mos meridie pulsandi per Alexandrum VI instauratus mox adeo in multis locis et regnis divulgatus invenitur, ut iste qua generalis ecclesiae catholicae usus spectari possit.*³¹

X. Duo momenta in evolutione pulsationis meridiana

In evolutione huius consuetudinis a tempore

történik, az angyali üdvözlésre a harangszóval jelt adjanak, és a nép imádkozzék, különösen reggel, délben és este.²⁷

IX. A Kölni Katekizmus tanítása

*Németországban a pápai rendelkezésre a híveket a bécsi püspök, Nausea Frigyes figyelmeztette Katekizmusában, azt mondván, hogy mikor a török veszedelem tetőfokát elérte, az emberek Mária oltalma alá menekültek, mint szószólójukhoz isteni Fiánál, és hogy oltalmát megnyerjék, az egész keresztény világ számára parancs ment ki, hogy őt legalább kétszer (ti. az esti harangozás mellett délben is!) minden keresztény hívő mint közbenjáróját és pátrónáját isteni Fiánál, Jézusnál, Gábor arkangyal, üdvözlő szavaival segítségül híja és ennek az intézkedésnek örök emlékezetére harangozzanak; végül az ellenségen győzedelmeskedtek.*²⁸

*Csehországban Kanizius Szent Péter javaslatára és buzgólkodására Ferdinánd főherceg, I. Ferdinánd császár és király fia, 1556-ban egy, a papsághoz intézett rendelkezés formájában tudtára adatta a népnek azon óhaját hogy a mindennapi déli harangozás szokását Jézus szenvedésének emlékére megújítsák és a török elleni segítség kieszközléséért imádkozzanak; a harangszóra mindenkinek térdenállva kellett imádkoznia; aki ezt elmulasztaná, büntessék meg.*²⁹

*Tirolban ugyanaz a főherceg, amikor ennek a területnek fejedelme lett, vezette be újból ugyanezt a szokást. Elrendelte ugyanis, hogy délben harangozzanak és mindenki térdenállva és kitért karokkal imádkozzék, elsősorban a török ellen. A rendeletet a néppel minden hónapban egyszer közölni kellett.*³⁰

*A XV. század végén és a XVI. század küszöbén a VI. Sándor által megújított déli harangozás szokása csakhamar sok helyen és országban annyira elterjedt, hogy ezt mint a katolikus egyház általános gyakorlatát tekinthetjük.*³¹

X. Két mozzanat a déli harangozás fejlődésében

Ennek a szokásnak fejlődésében III.

Callixti III usque ad finem saeculi XVI *duo momenta* animadvertere et observare possumus; primum: idea originalis Callixti III idest oratio praescripta contra Turcos ad pulsationem meridianam servatur et applicatur in regnis, quae a Turcis periclitabantur, sic in territoriis Dynastiae Habsburgensi subiectis: in Germania, Austria, Bohemia, Tyrolia et sine dubio in Hungaria, a Turcis maxime periclitata. E contra apud populos Romanos, uti Gallos, Hispanos, praevalet idea salutationis angelicae ad analogiam pulsationis mane et vespere vigentis. Secundum: periculo Turcico cessante mutatur finis devotionis meridianae et ubique adaptatur et assimilatur usui mane et vespere iam noto et in tota ecclesia divulgato. Evolutio haec eo facilius fieri potuit, quia haec forma devotionis omnino non ignota exstitit. Catechismus enim Coloniensis duas ideas – orationem contra Turcos et cultum Mariae – coniungit anno 1543 expressis verbis dicens, in periculo Turcico confugere debere ad B.M.V. tamquam advocatam apud filium divinum Jesum.

XI. Congressus generales Germanici urgent pulsationem meridianam

Ad ea, quae supra diximus, possunt afferri etiam *ordinationes Ferdinandi* regis anno 1529, necnon *decreta congressuum universalium Imperii Germanici* anno 1542. 1544 (in civ. Speyer) et 1566 (in civ. Augsburg) atque anno 1594 ac 1598 (in civ. Regensburg) habitorum, quibus tam principes et barones regni quam praelati interfuerunt.

Anno 1529 rex Ferdinandus in litteris adhortabatur christifideles in periculo Turcico ad orationem dicendam, cui Summus Pontifex indulgentias coniunxit.³²

Anno 1542 congressus in civitate Speyer habitus in art. 42 ordinavit et postulavit, ut in imperio toto populus christianus per praedicatores admoneretur orationis contra crudelem hostem Turcum dicendae ac in omnibus ecclesiis parochialibus singulis diebus

Kallixtustól a XVI. század végéig *két mozzanatot* vehetünk észre és figyelhetünk meg; az első: III. Kallixtus eredeti elgondolását, azaz a déli harangszóra a törökök ellen előírt imádságot azokban az országokban tartják meg és alkalmazzák, amelyek a töröktől veszélyeztetettek, így elsősorban a Habsburg-dinasztiának alárendelt területeken: Németországban, Ausztriában, Csehországban, Tirolban s kétségkívül Magyarországon, mint a töröktől elsősorban veszélyeztetett területen. Ezzel szemben a román népeknél, mint a franciáknál, spanyoloknál előtérbe jut a reggeli és esti harangozás analógiájára az angyali üdvözlés gondolata. A második: a török veszély elmúltával megváltozik a déli harangszóra imádkozás célja és mindenütt alkalmazkodik és asszimilálódik a már ismert és az egész egyházban meghonosodott esti és reggeli gyakorlathoz. Ez a fejlődés annál könnyebben végbemehetett, minthogy az ájtatosságnak ez a formája egyáltalán nem volt ismeretlen. A Kölni Katekizmus ugyanis a két gondolatot – a török elleni imádságot és a Mária-tiszteletet 1543-ban kifejezetten összekapcsolja, mikor azt mondja, hogy a török veszély idején a Boldogságos Szűz Máriához kell menekülnünk, mint szószólónkhoz isteni Fiánál, Jézusnál.

XI. A német birodalmi gyűlések sürgetik a déli harangozást

Azok kiegészítésére, amiket mondtunk, felhozhatók még *Ferdinánd király rendeletei* 1529-ből, továbbá a *német birodalmi gyűlések rendelkezései* 1542- és 1544-ből (Speyerben), 1566-ból (Augsburgban), 1594- és 1598-ban (Régensburgban), melyeken mind a birodalmi fejedelmek és rendek, mind az egyházfők résztvettek.

1529-ben Ferdinánd király körlevélben buzdította a keresztény hívőket a török veszélyben imádságra, melyet a Szentatya búcsúkkal kötött össze.³²

1542-ben a speyeri birodalmi gyűlés a 42-ik articulus-ban elrendelte és megparancsolta, hogy az egész birodalom területén a keresztény népet az egyházi szónokok figyelmeztessék a kegyetlen török ellenség ellen végzendő imádságra és minden plébánia-templomban

meridie campana pulsaretur populusque pro avertenda ira Altissimi et pro gratia eius imploranda oraret.³³

Similia decreta legi possunt etiam in articulis aliorum congressuum anno 1544, 1556, 1594 et 1598 habitorum, quae omnia urgent orationem ad pulsum campanae dicendam, ut populus ad Deum revertatur, mores corrigantur et sic ira Dei avertatur hosteque devicto patria liberetur.³⁴

XII. Summa argumentationis nostrae: pulsatio meridiana derivatur a Callixto III.

His praemissis thesis nostrae *summam* in sequentibus exponimus:

Pulsationem meridianam modernam effectum ordinationis Bullae Orationum esse, fundatur in argumentis, quae sequuntur:

1. Usque ad tempus Callixti III Summi Pontificis exstitit tantum *usus particularis* pulsationis meridianae *feriis sextis*, cuius hora non semper certa, partim ante meridiem, partim post meridiem, vel hora meridiei designata fuit.
2. *Prima generalis praescriptio* singulis diebus meridie pulsandi continetur in Bulla Orationum.
3. Summus Pontifex non facit mentionem consuetudinis antea vigentis, ergo ordinatio eius *non potest et debet continuatio prioris usus dici atque haberi*.
4. *Consuetudo particularis* pulsationis in memoriam passionis et mortis Jesu feriis sextis *non abrogatur* per decretum Callixti III, sed tamquam ab usu novo *distincta* ulterius quoque observatur, donec tempus pulsationis eiusdem decursu saeculorum variis in locis vario modo introductum ac applicatum Benedictus XIV anno 1740 pro universa ecclesia exacte praescripsit idque feriis sextis hora tertia post meridiem servandum determinavit, quae consuetudo usque hodie laudabiliter exercetur magnoque fidelium favore gaudet.
5. *Analogiam* suae praescriptionis designare volens memorat summus Pontifex *pulsationem serotinam*: „... inter nonas et vespas ... singulis diebus tribus vicibus una campana vel plures ... pulsantur, quemadmodum pro angelica salutatione *de sero* pulsari consuevit.”

naponként délben harangozzanak, és a nép a Magasságbeli haragjának elhárításáért és kegyelmének kieszközléséért imádkozzék.³³

Hasonló rendelkezéseket olvashatunk a többi birodalmi gyűlések articulusaiban is 1544-, 1566-, 1594- és 1598-ból, melyek mind sürgetik a déli harangszóra mondandó imát, hogy a nép Istenhez térjen, erkölcsében megjavuljon és így az Isten haragját elhárítsák s az ellenséget legyőzvé, a haza felszabaduljon.³⁴

XII. Érveink összefoglalása: a déli harangszó III. Kallixtustól ered

Ezek előrebocsátásával gondolatmenetünket a következőkben *foglaljuk össze*:

Hogy a mai déli harangozás a „Bulla Orationum” rendelkezésének következménye, kitűnik az alábbi érvekből:

1. Egészen III. Kallixtus pápa idejéig a déli harangozás csak *helyenként* volt gyakorlatban *péntekeken*, ennek időpontja is ingadozó, részben délelőtt, részben délután vagy a déli órában volt.
2. Az *első általános előírást* a mindennapi déli harangszóra a „Bulla Orationum” tartalmazza.
3. A pápa nem tesz említést egy megelőzően dívó szokásról, tehát az ő rendelkezését *nem mondhatjuk és tekinthetjük egy korábbi gyakorlat folytatásának*.
4. A Jézus szenvedése és halála emlékére való harangozás *helyenkénti szokását* III. Kallixtus rendelkezése *nem szünteti meg*, hanem mint az új gyakorlattól *különbözőt* továbbra is érvényben hagyja, mígnem XIV. Benedek a harangozásnak a századok folyamán a különböző helyeken különböző módon meghonosodott és alkalmazott időpontját pénteken délután 3 órában állapította meg megtartás végett: ez a szokás a mai napig dicséretre méltó gyakorlatnak örvend és a hívek nagy tetszésével találkozunk.
5. *Előírásának analógiáját* megjelölni akarván, a pápa az *esti harangozásra* hivatkozik: „... a nona és vesperás között ... mindennap egy vagy több haranggal háromszor harangozzanak, ahogy esténként az angyali üdvözletre harangozni szokás”.

6. *Alexander VI* pulsationem meridianam a *Callixto III* derivat et in hoc sensu instaurat usum in meridie pulsandi mandansque eum „singulis anni diebus perpetuis futuris diebus observari.”

7. *Traditio* Hungarica et occidentalis adscribit praescriptionem pulsationis meridianae *Callixto III* pro anno 1456.³⁵

8. *Nulla* praeter ordinationem *Callixti III* Papae alia expliatio sufficiens pro pulsatione meridiana in historia ecclesiastica inveniri potest.

XIII. Duae difficultates – earum solutiones

Difficultates duae afferri possunt: Quomodo fit ex pulsatione post meridiem „inter nonas et vespervas” pulsatio meridiana? et quomodo efficitur ex pulsatione contra Turcos pulsatio angelicae salutationis?

Ad primam quaestionem respondendo respectu exemplorum allatorum eloqui possumus, *istum* usum solummodo in primis annis post ordinationem *Callixti III* occurrere. Incipiendo ab anno 1460 semper legimus horam meridianam vel pulsationem meridianam. Ipse *Alexander VI* Summus Pontifex anno 1500 iuxta *Burchardi* scriptum mandat „pulsari ... in meridie”. Ratio huius duplicis designationis fundatur verisimiliter in eo, quod horae officii divini anticipabantur et tempus „inter nonas et vespervas” tali modo coincidit cum hora meridiana.³⁶

Solutio secundi problematis ex supra dictis elucet: cessante enim fine idest officio orandi contra Turcos assimilabatur devotio usui serotino, ad cuius analogiam *Callixtus III* pulsationem meridianam ordinavit.

Argumentationem nostram factis respondere historicis probatur ex *Catechismo Coloniensi*, in quo anno 1543 oratio contra Turcos et cultus Mariae coniunguntur.³⁷

XIV. Analogia historiae Hungariae

Analogiam videmus mentione dignam etiam in *historia Hungariae* plus quam trecentos annos per invasionem Turcorum periclitatae et partim devastatae, partim occupatae. In *Regno Mariano* Hungariae traditio facta et adeo in

6. *VI. Sándor* a déli harangozást *III. Kallixtustól* származtatja és ebben az értelemben újítja meg a déli harangozás szokását, midőn megparancsolja, hogy azt „a jövőben az év minden napján örök időkre meg kell tartani.”

7. A magyar és nyugati *hagyomány* a déli harangozás elrendelését *III. Kallixtus*nak tulajdonítja 1456-ból.³⁵

8. *III. Kallixtus* pápa rendeletén kívül *semmiféle más elégséges magyarázatot* nem találunk az egyháztörténelemben a mindennapi déli harangozásra vonatkozóan.

XIII. Két ellenvetés – azok cáfolata

Kétféle ellenvetés hozható föl fentiekre nézve: hogyan lesz a „nona és vesperás közötti” délutáni harangszóból déli harangozás? és hogyan alakul ki a török harangozásból az angyali üdvözletre harangozás?

Az első kérdésre válaszolva a felhozott példák alapján kijelenthetjük, hogy ez a gyakorlat csak a *III. Kallixtus* rendeletét követő első években fordul elő. 1460-tól kezdve mindig déli időt vagy déli harangozást olvasunk. Maga *VI. Sándor* pápa 1500-ban *Burchard* feljegyzése szerint a „déli harangozást” írja elő. Ennek a kétféle megjelölésnek az oka valószínű azon alapszik, hogy a papi zsolozsma óráit anticipálták és a „nona és vesperás” közti idő ily módon összeesett a déli órával.³⁶ (Anticipálni annyit tesz, mint előbbre hozni az ima idejét.)

A második kérdés megoldása a fentebb mondottak alapján világos: mikor megszűnt a török elleni imádság célja, azaz kötelessége, az ájtatosság hasonult az estelihez, melynek analógiájára *III. Kallixtus* a déli harangozást elrendelte. Érvelésünknek a tényeken alapuló helyességét igazolja a *Kölni Katekizmus*, melyben a törökök elleni ima és a *Mária-tisztelet* egy gondolattá kapcsolódik össze.³⁷

XIV. Magyar analógia

Jellemző *analógiát* hozhatunk föl Magyarország történelméből, melyet a törökök betöréseikkel több mint 300 éven keresztül veszélyeztettek és részben elpusztítottak, részben megszállva tartottak. Magyarországon,

intimo animo populi fundata est veneratio Beatae Mariae Virginis, ut Hungari christifideles saeculo XVI et XVII atque XVIII omne malum regno illatum defectui a cultu Mariae attribuerent. Tempore hoc proverbium factum est dicere: omne decus et bonum regni a Maria esse. Liberationem ab occupatione Turcorum necnon restaurationem pristini status per Mariam apud filium divinum patronam esse imploratam omnes Hungari sancta cum persuasione credebant. Non sine ratione asserimus ergo, cultum Mariae mediatrixis et orationem dicendam contra Turcos in evolutione historica decursu temporis ideam communem constituisse. Cessante demum Turcico periculo pulsatio meridiana venerationi soli Mariae inserviebat, sicut forma orationis „Angelus Domini” tempore S. Pii V Summi Pontificis (+1572) iam perfecta et tribus vicibus per diem recitata ostendit.³⁸

XV. Pulsatio meridiana et victoria Nandoralbensis

Ad finem argumentationis nostrae pervenientes liceat nobis nunc *cohaerentiam* Bullae Orationum ac perinde pulsationis meridiana *cum victoria de Turcis* anno 1456 apud Castrum Nandoralbense Joanne Hunyadi duce et S. Joanne de *Capistrano* cooperante reportata brevi expositione demonstrare ac probare.

Bulla Orationum, sicut iam diximus, die 29 Junii anno 1456 publicata est Romae in basilica principis Apostolorum missaque ad omnes gentes christianas eo fine, ut pro victoria christianorum totus orbis christianus oraret.

Mense proximo, die 21 et 22 Julii victoria gloriosissima secuta est apud Castrum Nandoralbense, quod clavis Hungariae meridionalis fuit. Ipse Summus Pontifex adscribebat victoriam hanc orationibus per Bullam praescriptis et ad pulsationem recitatis: „quibus orationibus non dubitemus omnipotentem Deum inclinatum hanc inopinatam victoriam concessisse.”³⁹

Quia vero *orationes illae*, quae milites Joannis Hunyadi ducis vincere adjuvabant, *ad pulsationem meridianam nuperrime*

mint *Mária országában* hagyománnyá vált és annyira a lelkek mélyén gyökerezett a Boldogságos Szűz Mária tisztelete, hogy a magyar keresztény hívek a 16., 17. és 18. században minden az országot ért veszedelmet a Mária tisztelettől való elfordulásnak tulajdonítottak. Mikor az ország a török rabságból felszabadult és a területi integritás helyreállt, minden magyar szent meggyőződéssel vallotta, hogy ez Mária közbenjárására történt isteni Fia által. Nem ok nélkül állítjuk tehát, hogy Máriának mint közvetítőnek tisztelete és a török ellen végzendő ima a történelmi fejlődésben az idők folyamán egy közös gondolatá olvadtt össze. Mikor végül a török veszedelem megszűnt, a déli harangozás egyedül Szűz Mária tiszteletére szolgált, miként az „Úr angyala” imádság formulája, mely V. Szt. Pius pápa (+1572) idejében már teljes és naponta háromszor recitálták, igazolja.³⁸

XV. A déli harangszó és a nándorfejevári győzelem

Eszmefuttatásunk végére érven, legyen szabad most az Imádságok bullája és egyidejűleg a déli harangszó *összefüggésének a nándorfejevári csatával*, melyet 1456-ban Hunyadi János vezérlete alatt és *Kapisztrán* Szent János közreműködésével vívtak ki, néhány mondatban bizonyítását adnunk.

Az „Imádságok bulláját”, mint már említettük, 1456. június 29-én hirdették ki Rómában az apostolfejedelem bazilikájában és az összes keresztény népekhez megküldték azon céllal, hogy a keresztény világ a keresztiesek győzelméért imádkozzék. A következő hónapban, július 21. és 22-én bekövetkezett a világraszóló győzelem Nándorfejevárnál, mely Dél-Magyarország kulcsa volt. Maga a pápa ezt a győzelmet a Bullában előírt és a déli harangszóra végzett imáknak tulajdonította: „Nem kételkedünk abban, hogy a mindenható Isten ezen imákra hajolva engedte nekünk ezt a nem várt győzelmet.”³⁹

Mivel pedig azokat az *imádságokat*, melyek Hunyadi katonáit győzelemre segítették, *a minap bevezetett déli harangszóra* imádkozták,

*introducuntam recitatae erant, ipsa consuetudo pulsationis meridiana eiusdemque praescriptio per Callixtum III cohaeret cum victoria de Turcis reportata, qua totus orbis christianus ab invasione hostis crudelis liberatus est, sicut traditio historica Hungarica in saeculorum doctrina fundata semper tenebat.*⁴⁰

XVI. Hungaria: „antemurale christianitatis”

Cum orbis christianus hodie in simili ac ante 500 annos discrimine versetur et pari modo a potestate gentilitatis periclitetur, oportet christifideles orbis terrarum tantae *per Hungariam qua „antemurale christianitatis”*⁴¹ reportatae non obliviscantur victoriae, *quam campanarum sonitus hora meridiei singulis anni diebus omnibus gentibus et populis annuntiant.* Memoria et recordatio tantorum factorum pro re fidei et pro libertate populorum contra tyrannidem infidelitatis patratorum necessaria est non solum aestimandi heroes christianitatis saeculorum praeteritorum, sed etiam discendi ac docendi faciendique causa officia futurorum.

maga a *déli harangozás szokása és annak bevezetése III. Kallixtus által összefügg a török fölött aratott győzelemmel, mely az egész keresztény világot megszabadította a kegyetlen ellenség betörésétől, mint a magyar történeti hagyomány, mely a századok tanításában gyökerezik, mindig vallotta.*⁴⁰

XVI. Magyarország: „a kereszténység védőpajzsa”

Minthogy a mai keresztény világ hasonló veszedelemben forog, mint 500 év előtt, és a pogányság hatalma ugyanoly módon elpusztítására tör, nem szabad, hogy a földkerekség keresztény tábora megfélemedje erről a magyarság, mint a *„kereszténység védőpajzsa”*⁴¹ által kivívott nagy győzelemről, melyet a *déli harangszó naponként hirdet minden népnek és nemzetnek.* Ezeknek a nagy történelmi tényeknek felidézése és előtérbe állítása, melyeket a hit ügyéért és a népek szabadságáért vittek végbe, nemcsak azért szükséges, hogy az elmúlt századok keresztény hőseit megbecsüljük, hanem abból a célból is, hogy a jövő feladatait felismerjük, másokkal megismertessük és megvalósítsuk.

Bulla Orationum

Callixti III, die 29. Junii 1456

Reg. Vat. 457.

Calistus etc. Venerabilibus Filiis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis Electis necnon dilectis Filiis eorum in spiritualibus Vicariis ac Abbatibus ceterisque ecclesiasticis personis ubilibet per orbem christianum constitutis salutem, etc.

Cum his superioribus annis impius nominis christiani persecutor Turcorum tyrannus post oppressam Constantinopolim Civitatem, in qua omne genus crudelitatis exercuit, seviens non solum in homines, sed, ex quo in Deum nostrum non poterat, in suos sanctorumque reliquias impii desiderii conatum totis viribus sit persecutus fideles populos, ad quos voluit aspirare, assiduis cladibus affligendo, ita, ut nove plage, nove in dies calamitates nuncientur. Cumque etiam, quod indignius est, his non contentus, sed magis superbie currum ascendens vastitatem totius populi christiani et occidentis nuperrime mente concepit ad idque invadendum violencius se in dies parat gestiens sanetum Christi nomen de terra perdere et impii canis Mahometi damnatum et orrendam blasphemiam inducere.

Hinc est, quod nos pridem in tam dura temporum et rerum condicione ad Primi Apostolatus apicem meritis licet insufficientibus evecti comparentesque dominico gregi sic passim sub infideli gladio cadenti, quem Dominus Salvator noster custodiendum et pascendum nobis comisit, conati sumus usque in hanc diem, quantum divina gracia largiri dignata est, his tam perniciosus conatibus nostras et Romane Ecclesie vires pro posse opponere, ad hoc ipsum mente et animo sedulo incunbentes. Jam si quidem decimas per orbem christianum toti clero induximus, fideles populos ad communem fidei causam per has nostras excivimus, nuncios misimus, qui ad sanctam

Az imádságok bullája

III. Kallixtustól, 1456. jún. 29.

Reg. Vat. 457.

Kallixtus stb. Tisztelendő Fiainknak, a Pátriárkáknak, Érsekeknek, Választott Püspököknek, nemkülönben szeretett fiainknak és a lelkiekben azok helyetteseinek és az Apátoknak és a többi egyházi személyeknek, bárhol lévén a keresztény világban alkalmazva, üdvözlötünket, stb.

Mivel ezekben az utóbbi években a keresztény név istentelen üldözője, a törökök zsarnoka, Konstantinápoly elfoglalása után, amelyben a kegyetlenségnek minden fajtát elkövette, dühének szabad folyást engedve nemcsak az emberek, hanem, minthogy a mi Istenünk ellen nem tehetette, az övéi és a szentek ereklyéi ellen, istentelen vágyának vállalkozását teljes erővel folytatta, a keresztény népeket, amelyekhez hozzá akart férközni, folytonos csapásokkal sújtva, úgyhogy napról-napra új pusztításokról, új károkról érkezik hír; és minthogy – ami még méltánytalanabb – meg sem elégedve ezekkel, felülvén a gőg szekerére az egész keresztény világnak és nyugatnak elpusztítását vette tervbe és hogy oda behatolhasson, napról-napra hevesebben készülődik, az lévén legfőbb vágya, hogy Krisztus szent Nevét a földről kiirtsa és az istentelen kutyának, Mohamednek átkozott és borzalmas istentelenségét bevezesse.

Innen van az, hogy miután a közelmúltban az időknak és dolgoknak ily zordon állapotában – jóllehet elégtelen érdemeink ellenére – az első apostoli szék élére állítottunk, és melléje állván az Úr ily módon lassanként idegen fegyver hatalma alá kerülő nyájának, melyet a mi Urunk, Üdvözítőnk megőrzés és legeltetés végett reánk bízott, megkíséreltük egészen a mai napig, amennyiben az isteni kegyelem megengedni méltóztatott, hogy ezekkel a vészhozó kísérletekkel a mienket és a Római Egyház erőit lehetőség szerint szembeállítsuk, erre a dologra fordítván szorgalmasan elménk és lelkünk igyekezetét. Már ugyanis tizedet róttunk ki a kereszténység területén az egész papságra, a keresztény népek figyelmét a hit

Domini crucem tuendam quisque pro posse se accingeret praedicarent, christianorumque adiumenta colligerent. Legatos insuper nostros partim ad pacanda Regna, partim ad excitandos Reges et Principes, partim quoque ad congregandos ducendosque contra huiusmodi alterum Mahometum veteris vestigia imitantem exercitus. Nuperrime autem dilectum filium Ludovicum t.t. Sancti Laurentii in Damaso presbyterum Cardinalem Camerarium nostrum cum classe maritima ire autore Domino iussimus. Denique nihil omisimus, quantum Dominus iuvare dignatus est, quod ad hanc salutarem expeditionem terra et mari proficere potuerit.

Verum, quia ut ait apostolus, nostrum est tantum laborare, solius autem Dei incrementum accionibus dare, videmus nil actum esse tantorum operum studio, nisi in ieiunio, fletu et planctu et oracionibus revertamur ad Dominum, ut Ipse revertatur ad nos, qui peccatis exigentibus flagellis huiusmodi conerit populum christianum velut secundum scientem voluntatem Dei sui et non facientem. Ac propterea necessarium duximus et maxime opportunum, ut misericordiam eius cum gemitu et lacrimis implorantes animas nostras in oracione humiliemus, non in humanis tantum viribus nostris confidentes, que fragiles sunt et caduce, sed in Domino exercituum, qui vere turris est fortitudinis et qui olim Abrae cum paucis vernaculis in Domino confidenti de potentibus Regibus victoriam dedit. Ab ipso enim victoria belli, non enim salvatur Rex per multam virtutem et gigas non salvabitur in multitudine virtutis sue. Ecce inquit psalmista: Oculi Domini super metuentes eum et in eis, qui sperant super misericordia eius, ut eruat a morte animas eorum et alat eos in fame. Nonne oracionibus magis quam armis Amalechitas Israeliticus populus superavit divina Scriptura testante. Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israel. Cum autem paululum remisisset, fugabat Amalech; et pugnaturi contra Philisteos pariter Samueli dixerunt: Ne cesses clamare pro nobis ad Dominum Deum nostram, ut salvet nos de manu Philistinorum.

közös ügyére felhívtuk, nunciosokat küldöttünk ki, hogy prédikálják: ki-ki az Úr szent keresztje védelmére lehetőség szerint magát felövezze, és a keresztények segélyeit összegyűjtsék. Ezenfelül követeinket elküldtük, részben az országok megbékéltetésére, részben a királyok és fejedelmek fellelkesítésére, részben a réginek nyomát követő, eme második Mohamed ellen hadsereg szervezésére és vezetésére. A minap pedig szeretett fiúmat, Lajost, a Damasuson lévő Szent Lőrinc templomról nevezett áldozár bíbornokot, kamarásunkat, tengeri flottával az Úr vezérlete alatt útnak indítottuk, s végül semmit sem mulasztottunk el, amennyiben az Úr segíteni kegyeskedett, ami ennek az üdvös vállalkozásnak szárazon és tengeren hasznára lehetett.

Valóban, mivel – miként az apostol mondja – a mi feladatunk csak a munkálkodás, Istené pedig egyedül cselekedeteink számára a gyarapodás biztosítása, úgy látjuk, hogy e nagy műveletek iránt való buzgólkodással semmit sem tettünk, hacsak böjtöléssel, sírással és kesergéssel és imádságok által az Úrhoz vissza nem térünk, hogy ő felénk forduljon, aki – mivel a bűnök ostromozást követelnek – ilyen, az Úr akaratát ismerő, de szerinte nem cselekvő keresztény népet megfenyíti. És ezért szükségesnek és nagyon helyénvalónak tartottuk, hogy irgalmasságát sóhajttással és könnyekkel megkérlelve lelkünket az imádságban megalázzuk, nemcsak saját emberi erőnkben bizakodva, mely törekeny és esendő, hanem a seregek Urában, aki valóban az erősség tornya és aki hajdan a kevés házanépével az Úrban bízó Ábrahámnak a hatalmas királyok fölött győzelmet adott. Tőle van ugyanis a háborús győzelem. Mert nem nagy vitézség által menekül meg a király, és az óriás nem menekül meg vitézsége nagysága által, íme, a zsoltáros mondja: Az Úr szemei az őt féltőkön és azokon, akik irgalmasságában remélnek, hogy kiszabadítsa a halálból az ő lelküket és táplálja őket az éhínségben. Nemde inkább imádsággal, mint fegyverekkel győzte le Izrael népe az amalekitákat a Szentírás tanúsága szerint? Mikor Mózes felemelte kezét, győzött Izrael. Mikor pedig kevéssé leengedte, győzött Amalek. És a filiszteusok ellen harcolni

Cumque ille clamaret sacrificaretque pro illis, introivit Dominus fragore magno in die illa super Philisteum et exterruit eos cessique sunt a filiis Israel. Nonne superbiam Senacherib Regis Assiriorum in multitudine curruum et equitum gloriantis humili Ezechie Regis atque devota oracione Octuagintaquinque milibus interemptis angelo percuciente una nocte contrivit.

Quem eciam non moneat in huiusmodi tribulacionibus et pressuris, quasi ad immotissimam arcem sit ad oracionem confugere. Regis Josaphat plus admiranda quam magna victoria, qui circumdatus ab omnibus finitimis nacionibus gencium timore perterritus ad Dominum totum se contulit praedicavitque jejunium in universo Juda, et toto populo congregato devotissima obsecratione Dominum invocavit, qui emisso Spiritu suo super Ihaziel Zacharie filium ita illi respondit: Attendite omnis Juda et qui habitatis in Jerusalem; et tu Josaphat, hec dicit Dominus nobis: nolite timere, ne paveatis hanc multitudinem, non est enim nostra pugna, sed Dei, non enim eritis vos, qui dimicabitis, sed tantummodo state confidentes et videbitis auxilium Domini super vos. At ille vehemens oracionibus laudibusque divinis insistens cantores instituit, qui laudantes Dominum in singulis turmis exercitus veluti firmissima et inexpugnabilia presidia antecederent et voce consona dicerent: Confitemini Domino, quoniam in eternum miserieordia eius. Cumque illi laudes cantare cepissent, comittit Dominus insidias hostium in seipsos, ita, ut invicem sevientes mutuis concidere vulneribus. His quoque artibus praeclara feminarum Judith Holofernem necavit et tumorem maximi Regis Nabucodonosor superbiamque fragilis femina oracione, lacrimis sufulta contrivit. Non – inquit – in multitudine est virtus tua, Domine, nec in equorum viribus voluntas tua, nec superbi ab inicio placuerunt tibi, sed humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecacio.

szándékozók hasonlóképpen mondták Sámuelnek: Ne szűnj meg kiáltani értünk az Úrhoz, a mi Istenünkhöz, hogy szabadítson meg bennünket a filiszteusok kezéből. És mikor ő kiáltott és áldozatot mutatott be értük, nagy dörgéssel lépett közbe az Úr a filiszteus ellen és megrémítette őket és Izrael fiaitól eltávoztak. Nemde az asszir királynak, Szennakeribnek kevélységét, aki kocsijai és lovasai sokaságában büszkélkedett, Ezechiás király alázatos és ájtatos imájára megtörte, egy éjjel elveszejtven az öldöklő angyal által 85 ezer emberét?

Kinek nem szólna a figyelmeztetés az ily megpróbáltatások és elnyomatások közepette, hogy az imádsághoz mint bevezetetlen várhoz folyamodjék? Jozafát király inkább csodálatra méltó, mint nagy győzelme, aki az összes szomszédos népektől körülvéve, a pogányoktól való félelemtől megrémítve, teljesen az Úrhoz folyamodott és bójtöt hirdetett egész Judeában s egész népét összegyűjtve az Urat a legáhíatosabb megkérleléssel hívta segítségül, aki Lelkét kiöntve Ihazielre, Zakariás fiára, így felelt neki: Figyelmezzetek, egész Juda, és akik Jeruzsálemben laktok; és te, Jozafát, ezeket mondja nekünk az Úr: ne féljete, ne ijedjete meg ettől a sokaságtól, mert nem a mi harcunk ez, hanem az Úré, nem ti lesztek, akik harcolni fogtok, hanem csak legyetek bizalommal és látni fogjátok az Úr segítségét magatok fölött; ő pedig hevesebben szorgalmazva az imádságokat és az istendicséreteket, énekeseket rendelt, akik az Urat dicsérve seregeinek egyes szakaszaiban, mint igen erős és bevezetetlen erősségek haladtak elől és együttes szóval mondták: dicsérjéte az Urat, mert mindörökké tartó az ő irgalma. És amikor ők dicsőítő éneklésbe kezdtek, az Úr az ellenségek cselvetését saját önmaguk ellen fordította, úgy hogy egymásnak esve kölcsönösen okozott sebeken estek el. Ugyanily módon az asszonyok között kiváló Judith is megölte Holofernést és a gyenge nő a leghatalmasabb királynak, Nabukodozornak dolyfét és gögjét az ima és könnyek erejével megtörte, „Nem a sokaságban – mondotta – van a Te hatalmad, Uram, sem a lovak erejében a Te akaratod, sem a kevélyek nem tetszettek neked kezdettől fogva, hanem az alázatosoknak és

Quid dicemus de fortissimo viro cunctisque periculis glorioso Macabeo, qui quociens oracione sufultus bello congressus est, victor evasit? At vero cum oracione neglecta (sic) Deoque non invocato cum Antiocho Rege congregitur, profligatus effugit; quibus quoque omissis presidiis bello contra Bachidem victus et tandem occissus (sic) et Dei populus contritus est. Dicamus igitur: iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum, merito omnia patimur, quia pecavimus tibi et mandatis tuis non obedivimus. Non enim solet divina clemencia tam severo iudicio corripere populum peccatorem, nisi cum illum videt a suis preceptis pertinaciter oberrantem. Achior Amonites licet gentilis Oloferni consilium dedit dicens: perquire, Domine, si est aliqua iniquitas ipsorum in conspectu Dei ipsorum. Ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Dominus eorum tibi et subiecti erunt sub iugo potencie tue. Si autem non est offensio populi huius coram Deo, non poterimus resistere illis, quoniam Dominus Deus eorum defendet eos et erimus in opprobrium universe terre.

Hinc timendum est et vehementer formidandum, quod nunquam contra fidelem populum infidelium furor tantum praevalere potuisset, nisi in ipsis fidelibus Salvator aliquid reperisset, quod oculos sue magestatis (sic) vehementer offenderet, qui nonnunquam solet corruptos hominum mores bellis conterere atque emendare, et se de inimicis cum inimicis vindicare. Ad penitentiam igitur et oracionem maturandum nobis est, ne dum de die in diem diferendo emendacionem et ad Dominum Deum nostrum renunciantibus nobis graviora contingant. Certi quidem, quia si revertemur ad Dominum, ipse revertetur ad nos. Videns enim afflictionem filiorum Israel in Egipto audiensque clamorem eorum gloriosissimum illis de Egipciiis triumphum dedit et liberos eos cum gaudio tum per mare tum per vastam illam deserti solitudinem ad terram promissionis transvexit. Cumque illi veteribus malis nova coniungerent et pro suis peccatis ab omnibus

békességeseknek könyörgése tetszett neked mindig.”

Mit mondjunk a legbátrabb férfőről és minden veszélyben dicsőséges Makkabeusról? aki valahányszor imádságban bizakodva ütközött meg a háborúban, győzelmesen került ki belőle. Mikor pedig az imádságot elhanyagolta és Isten segítségülhívását elmulasztva bocsátkozott csatába Antiochus királlyal, megverve elmenekült; ezeket a segédeszközöket a Bachides elleni háborúban is elmulasztva, legyőzetett és végül megöletett és Isten népe eltiportatott. Mondjuk tehát: Igazságos vagy, Uram, és igaz a te ítéleted, méltán szenvedünk mindeneket, mivel vétkeztünk ellened és parancsaidnak nem engedelmeskedtünk. Nem szokta az isteni irgalom oly szigora ítélettel meginteni a bűnös népet, csakis akkor, amidőn azt az ő parancsaitól makacsul eltávolodni látja. Az ammonita Achior pogány létére Olofernesnek a következő tanácsot adja, mondván: Kutasd ki, Uram, vajon találtatik-e gonoszság bennük az ő Uruk színe előtt. Menjünk fel hozzájuk, mert átadván átadja őket az ő Uruk neked és a te hatalmad igájának alá lesznek vetve; ha pedig nem vétkes ez a nép Istene előtt, nem fogunk tudni nekik ellenállni, mivel az ő Uruk, Istenük megvédi őket és az egész földnek gyalázatára leszünk. Ezért kell félnünk és nagyon rettegnünk, mert a hívő nép ellen sohasem vehetett volna annyira erőt a hitetlenek dühe, ha magukban a hívőkben az Üdvözítő nem talált volna valamit, ami fölségének tekintetét súlyosan sértette, aki néha az emberek romlott erkölceit háborúk által szokta megszelídíteni és megjavítani s magát ellenségein az ellenség által megbosszulni. A bűnbánathoz és az imádsághoz kell tehát sietve folyamodnunk, nehogy napról-napra halogatva a javulást és lemondva a mi Urunkról, Istenünkről, súlyosabb dolgok történjenek velünk. Bizonyosak lehetünk ugyanis, hogy ha visszatérünk az Úrhoz, ő visszatér hozzánk. Látva ugyanis Izrael fiainak sanyargatását Egyiptomban és hallva kiáltásukat, az egyiptomiak fölött a legfényesebb diadalt biztosította számukra és örömeire szabadságban vezette őket át mind a tengeren, mind a sivatagnak ama kietlen pusztaságán keresztül az ígéret földjére. És Ezechiél

finitimis nacionibus variis temporibus essent oppressi, quociens connisi („connisi”) Domini prestolabantur auxilium, divina miseracione liberavit. Ipsi David penitenti et cum fletu dicenti: Peeavi, Domine, – peccatum extemplo dimisit. Et Ezechie oranti vite periodum mortisque terminum porogavit (sic). Et perituros iusta (sic pro iuxta) Siriam Ninivitas cum flentes orantesque ad eum fuere conversi, in misericordia exaudivit.

Et nunc quidem non est abbreviata manus Domini, benignus et misericors est et paciens et multe misericordie et prestabilis super maliciam populi sui. His itaque Sanctarum Scripturarum testimoniis et exemplis aliisque conplurimis permoti hortamur vos, Fratres et Filii, per viscera misericordie Domini nostri Jesu Christi, ut iuxta crediti vobis officii pastoralis rationem reformacioni morum subditorum populorum vestrorum secundum sanctorum patrum canones et decreta diligentius insistatis quia ut beatus Gregorius predecessor noster ait: dominicum gregem lupus non iam in nocte latenter, sed in aperta luce dilaniat. Vigilemus ergo, ne quid pereat, et si captum forte quid fuit, vocibus divinatorum eloquiorum ad gregem dominicum reducamus, nec nos labor terreat, quia nomen pastoris non ad quietem, sed ad laborem suscepimus. Cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio pastor occidit. Nobis autem nil tam cordi est tamque desideramus, quam omnium christianorum prout secundum Deum debemus et obligamur vitam moresque reformare. Idemque Deo adiutore debitis incrementis prosequi intendimus.

Verum quia nos in presenciarum ista turcorum inimicorum urget tempestas, ad occurrendum illi toto studio omnibusque viribus insudamus, et sicut a christifidelibus tam clericis quam laicis per bullam nostram superinde confectam corporalia auxilia requisivimus, ne nobis ipsis deficere videremur, ita et nunc spiritualia, que maiora sunt, instancius prestolamur. Vos igitur et vestrum singulos monemus, hortamur in Domino atque de Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius autoritate confisi mandamus et precipimus, ut omnes et singuli sacerdotes, eciam si cardinalatus aut alia

imádságára életidejét és halála óráját meghosszabbította; és Sziria mellett a pusztulás szélén álló ninivebelieket, midőn esdve és könyörögve fordultak hozzá, irgalmasságában meghallgatta.

És most sem rövidült meg az Úr keze, kegyes és irgalmas, türelmes és nagyirgalmasságú s fölötté áll népe gonoszságának. A Szentírás ezen bizonyosságaitól és példáitól s más egyebektől indítatva, a mi Urunk, Jézus Krisztus irgalmas szívére buzdítunk titeket, testvéreink és fiaink, hogy a rátok bízott lelkipásztori tisztség alapján az alattvalóul rendelt népek erkölceinek javításán a szentatyák kánonai és határozatai értelmében szorgalmasabban fáradozzatok, mivel – mint Szent Gergely, a mi elődünk mondja – az Úr nyáját a farkas már nem éjjel rejtekben, hanem fényes nappal tépi szét; örködjünk tehát, hogy valami el ne veszelődjék; és ha netán valami veszendőbe került volna, az isteni igehirdetés szavaival vezessük vissza az Úr nyájához. Ne riasszon el a fáradozás, mivel a pásztor nevet nem nyugalom, hanem munkálkodás céljából vettük. Ha a pásztor a vétkeket megróni nem akarja, kétségkívül megöli őket. Nekünk pedig semmi sem fekszik annyira a szívünkön és semmit sem kívánunk annyira, mint hogy az összes keresztények életét és erkölceit Isten akarata szerint tartozunk és kötelesek vagyunk megjobbítani. És ugyanezt Isten segítségével megfelelő gyarapítással szándékozunk kísérni. Valóban, mivel a jelenben az ellenséges törököknek ez a vihara sürget bennünket, annak megelőzésén minden igyekezetünkkel és minden erőnkkel fáradozunk; és miként a keresztényektől, mind a papoktól, mind a világiaktól, ez ügyben készített bullánk által anyagi segítséget kértünk, nehogy önmagunk előtt mulasztóknak tűnjünk föl, ugyanígy most a lelkieket is, melyek nagyobb értékkel bírnak, annál sürgősebben elvárjuk. Titeket tehát és közületek mindenegyest intünk, buzdítunk az Úrban és a mindenható Istennek és apostolainak, Szent Péternek és Pálnak

quacumque ecclesiastica dignitate prefulgeant, secularium et regularium ordinum quorumcumque exemptorum et non exemptorum, quatenus cum eos celebrare contigat (sic), comemoracionem faciant et oracionem dicant contra paganos institutam, videlicet: Omnipotens sempiterna Deus, in cuius manu sunt omnium potestates ac omnium iura Regnorum respice in auxilium christianorum, ut gentes paganorum, que de sua feritate confidunt, dextere tue potencia conterantur. Quibus quidem celebrantibus et huiusmodi oracionem dicentibus de spirituali thesauro Ecclesie centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Et ut omnis populus cuiuscumque sexus et generis oracionum et indulgenciarum huiusmodi particeps esse possit, precipimus et mandamus, ut in singulis ecclesiis quarumcumque civitatum terrarum et locorum inter nonas et vespas, videlicet ante pulsacionem vespas, sed ei propinque saltem per intervallum medie hore singulis diebus tribus vicibus una campana vel plures sonorose, ut bene audiantur, pulsentur, quemadmodum pro angelica salutacione de sero pulsari consuevit, et tunc quilibet dominicam oracionem videlicet Pater noster et angelicam salutacionem videlicet Ave Maria gracia plena etc. tribus vicibus dicere debeat, quibus semel quadraginta, tribus autem vicibus dicentibus genibus flexis Centum dies indulgenciarum misericorditer in Domino elargimur.

Mandamus insuper atque precipimus, quatenus in singulis civitatibus, terris, castris et villis sive locis nostrarum diocesum aut administracionum sive iurisdictionum omnibus primis diebus dominicis singulorum mensium processiones generales fieri faciatis, ad quas omnis populus conveniat et clerici sive seculares sive regulares sive mendicantes et non mendicantes, exempti et non exempti, qui extra aut intra menia civitatum, terrarum, castrorum atque villarum sive locorum existant aut in suburbiis. Religiosi vero, qui in solitudine degunt quique ad huiusmodi

tekintélyében bízva, parancsoljuk és elrendeljük, hogy a papok összesen és egyenként, mégha bíborosi vagy bármely más egyházi rangban tündököljenek is, a világi és szerzetes rendek bármelyikéhez, kivételezettekhez és nem kivételezettekhez tartozzanak, mely szerint – ha miséznek – megemlékezést vegyenek és a pogányok ellen előírt könyörgést mondják, tudniillik: Mindenható örök Isten, kinek kezében vannak mindenek hatalmasságai és az összes országok jogai, tekints a keresztények megsegítésére, hogy a pogányok népei, akik saját erejükben bíznak, jobbod hatalmától megtöressenek. Azoknak pedig, akik miséznek és ezt a könyörgést mondják, az Egyház lelki kincstárából a rájuk háramló büntetésből 100 napot az Úrban kegyesen elengedünk. És hogy minden nép, fajra és nemre való különbség nélkül, ezeknek az imáknak és búcsúknak részese lehessen, megparancsoljuk és elrendeljük, hogy az összes városok, területek és helyek minden egyes templomában a Nona és Vesperás között, tudniillik a Vesperásra harangozás előtt, de azt legalább egy félórával megelőző időpontban, egy vagy több messzehangzó haranggal, hogy jól hallhatók legyenek, minden egyes nap háromszor harangozzanak, ahogy este az angyali üdvözlésre harangozni szokás, és akkor ki-ki az Úr imádságát, azaz a Miatyánkot és az angyali üdvözlést, vagyis az Üdvözlégység Mária, malasztal teljes-t háromszor köteles elmondani; azoknak akik csak egyszer, 40 napi, akik pedig háromszor elmondják térdenállva, kegyesen az Úrban 100 napi búcsút engedélyezünk.

Ezenfelül megparancsoljuk és elrendeljük, miszerint a mi egyházmegyénk vagy adminisztraturánk vagy joghatóságunk alá tartozó összes városokban, helyeken, várakban és falvakban vagy területeken az egyes hónapok minden első vasárnapján általános körmeneteket tartsatok, amelyre az egész nép összejön és a papság, akár világiak, akár szabályok szerint élők, koldulok és nem koldulok, kivételezettek és nem kivételezettek, akár a városok, helyek, várak és falvak vagy területek falain kívül vagy belül élnek és a külvárosokban. A szerzetesek pedig, akik a

processiones, quando in civitatibus, terris, castris et villis sive locis fieri solent, convenire non consueverunt, non compellantur, sed eisdem diebus ipsi aut intra clausuram monasteriorum suorum aut in circuitu eorum aut ad aliquam proximam basilicam se conferentes, prout eis maior devocio fuerit, processiones faciant. Moniales autem intra menia urbium sive extra habitantes predictas processiones intra clausuram faciant: Septem psalmos penitenciales cum letaniis decantantes.

Si preterea inpredictis dominicis diebus aliquod legitimum impedimentum supervenerit, quominus huiusmodi generales processiones devote atque pacifice fieri non possent, nolumus, quod una queque parochia sive monasterium aut quevis alia ecclesia intra ambitum ecclesiarum aut claustrorum eas faciat, aut quomodo vos et quilibet vestrum devocioni et tranquillitati populi melius conducere iudicabitis, super quo vestras consciencias oneramus. Oraciones autem sive cantus cetereque cerimonie in processionibus predictis ita fiant, sicut in quibuslibet civitatibus, terris, castris et villis sive locis consuetum est, aut sicut vos ipsi pro re tam pia tamque necessaria devocius ordinandum putaveritis, ita tamen, quod missa solemnis dicenda in predictis processionibus sit ea, que in ecclesia contra paganos per Ecclesiam ordinata est.

Verum quia et fides et opera fidei ex auditu sunt, ut ait apostolus, nec quis audire potest sine predicante, volumus atque mandamus, quod in civitatibus, castris et villis sive locis, in quibus predicator quispiam verbi Dei haberi possit, in ipsa solemnitate processionis per illum sermo fiat ad populum, in quo primum studebit fidem confirmare eosque patientes in huiusmodi tribulationibus reddere doceatque, quomodo probacio fidei pacienciam operatur et paciencia opus perfectum habet; et ut beatus Augustinus ait: quocienscumque pressure seu tribulationis aliquid patimur, admoniciones

magányban élnek, és akik az ilyen körmenetekre, amikor a városokban, helyeken, várakban és falvakban vagy területeken megtartatnak, összejönni nem szoktak, ne kényszeríttessenek; hanem ugyanazokon a napokon vagy kolostoraik zárt területén belül vagy azokon kívül eső útvonalon, vagy valamelyik közeleső bazilikát felkeresve, aszerint, amint ez nekik nagyobb lelki hasznukra válik, tartsák a körmeneteket. A szerzetesnők, akár a városok falain belül vagy kívül laknak, az előírt körmeneteket a klauzúrán belül rendezzék; a hét bűnbánati zsoltárt énekeljék a litániával együtt.

Ha ezenkívül az előbb említett vasárnapokon valami jogos akadály merülne föl, úgyhogy ezek az általános körmenetek ájtatosan és békésen nem mehetnének végbe, nem akarjuk, hogy bármelyik plébánia vagy kolostor vagy bármely más egyházi közösség a templomok vagy kolostorok keretén belül tartsák azokat, vagy hogy miként bíráljátok el ti és ki-ki közületek azoknak jobban a nép lelki gyarapodására és nyugalma fordíthatását: erre nézve a ti lelkiismereteket terheljük meg. Az imádságok pedig vagy az énekek és a többi szertartások az előbb említett körmenetek alatt úgy történjenek, miként bármely városban, területen, várban, faluban vagy helyen szokásban volt, avagy miként magatok feltételeznétek ebben az annyira kegyes és annyira szükséges dologban a jámborabbul való tennivalókat, mégis oly módon, hogy az említett körmenetek alatt mondandó ünnepélyes mise az legyen, amelyik a templomban az Egyház által a pogányok ellen rendelve van.

Valóban, mivel mind a hit, mind a hit cselekedetei hallásból vannak és senkisémet hallhat, ha nincs szónok, akarjuk és parancsoljuk, hogy a városokban, várakban és falvakon vagy helyeken, ahol az Isten igéjének bármely hirdetője kéznél van, a körmenet ünnepélyessége alatt tartson az illető beszédet a néphez, amelyben elsősorban a hitet törekedjék megerősíteni és őket e megpróbáltatásokban türelmessé tenni, és fejtse ki: hogyan munkálja a hit próbája a türelmet és hogyan van a türelemben tökéletes cselekedet. És mint Szent Ágoston mondja: valahányszor valami

sunt et correcciones nostre, nam et ipse Sancte littere non nobis promittunt pacem, securitatem et quietem, sed tribulationes, pressuras et scandala demonstrant. Quid tale modo genus humanum patitur insolitum, quod non patres nostri passi sunt? Est quidem ecclesia, ut ait beatus Ambrosius, navis in solo mundi huius constituta crebris ventorum flatibus et aquarum fluctibus idest temptationum verberibus fatigata, quam turbidi fluctus idest huius seculi potestates conantur ad saxa producere, que et si undarum fluctibus aut procellis sepe vexatur, nunquam tamen potest sustinere naufragium, quia in arbore eius idest in cruce Christus erigitur, in puppe Pater residet gubernator, proram paraclitus servat Spiritus. Hanc per angusti huius mundi freta duodecim remiges ducunt idest Apostoli duodecim et similis numerus prophetarum. Hec namque est navis, que et si cotidie seculum istud tamquam aliquod pelagus sortitur infestum, numquam eliditur ad saxum nec mergitur ad profundum, sed illi rebus prosperis consolacio, ut adversis non frangatur et rebus adversis exercitatio, ut non corrumpatur prosperis, per divinam prudentiam procuratur. Atque ita unum temperatur ex altero. Hortetur insuper populum ad penitentiam, ex ea enim magis veritatis suosque precursor Joannes officium predicacionis exorsi sunt dicentes: Penitentiam agite, appropinquabit in vos Regnum celorum; utque eterni iudicii diem sollicita mente conspiciant et terrorem illius penitendo preveniant, delictorum omnium maculas lavent fletibus, ut pius conditor noster cum ad iudicium venit, tanto eos maiore gracia consoletur, quanto nunc conspicit, quod ab eis sua delicta puniuntur; ac denique feritate turchorum illis exposita et quanta christianis intulerint inferreque conentur mala, omnium oraciones ac pia erigant ad Deum vota contra illos.

Nos vero, qui de Dei omnipotentis misericordia confisi largam indulgentiam opem corporalem

szorongattatást vagy mepróbáltatást szenvedünk, figyelmeztetésünkre és javításunkra vannak, mert maguk a szent iratok sem Ígérnek nekünk békét, biztonságot és nyugalmat, hanem mepróbáltatásokról és botrányokról tesznek bizonyosságot. Mi olyan szokatlant szenved most az emberi nem, amit a mi atyáink el nem szenvedtek volna? Az Egyház ugyanis, mint Szent Ambrus mondja, ennek a világnak talajába ültetve, a gyakori szélviharoktól és a vizek hullámverésétől, azaz a kísértések csapásaitól szenved, melyet a zavaros hullámok, azaz ennek a világnak hatalmasságai megkísértenek zátonyra juttatni, amely, habár a hullámverések és viharok gyakran zaklatják, sohasem szenvedhet hajótörést, mert az árbocán, azaz keresztjén Krisztus emelkedik, hátul a kormánynál az Atya ül és elől vezérli a Szentlélek. Ezt ennek a kicsinyes világnak szorosain át 12 evezős irányítja, azaz 12 apostol és a próféták hasonló száma. Ez a hajó ugyanis az, mely jóllehet naponta ebbe a világba, mint az ellenséges érzület tengerébe van állítva, sohasem ütődik a sziklához és nem merül a mélybe, hanem számára az isteni bölcsesség gondoskodása révén a kedvező dolgok vigasztalásul szolgálnak, hogy a kedvezőtlenek tönkre ne tegyék, és a kedvezőtlen dolgok megedzék, hogy a kedvező körülmények közt meg ne romoljon. És így az egyik mérsékli a másikat. Azonfelül buzdítsa a népet bűnbánatra, melyből kiindulva kezdték meg igehirdető hivatalukat az igazságnak hírnöke és annak előhírnöke János, mondván: Tartsatok bűnbánatot, elközelget hozzátok a mennyek országa; és hogy az örök ítélet napjára féltő lelkülletel tekintsenek és annak rémét bűnbánattal megelőzzék, az összes bűnöknek foltját sírással lemossák: hogy midőn a mi kegyes Teremtőnk ítéletre jön, azokat annál nagyobb kegyelemmel vigasztalja, amennyivel most szemléli, hogy ők saját gonoszságukat megbüntetik; és végül szemük elé tárva a törökök vadságát és hogy mekkora bajokat zúdítottak és próbálnak a keresztényekre zúdítani: mindnyájuk imádságai és jámbor fogadkozásai szálljanak az Istenhez ő ellenük.

Mi pedig, akik a mindenható Isten irgalmában bízva bőséges búcsút engedélyeztünk az anyagi

ferentibus concessimus, indulgenciam eciam concedimus eis, qui opem tulerunt spiritualem orbis, itaque vere penitentibus et confessis, qui ad predictas processiones convenerint, septem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia impartimur. Illis vero, qui pia emiserint vota eaque compleverint aut orationum aut peregrinationum aut elargicionis elemosinarum, ut omnipotens Deus ad auxilium christianorum respicere pro sua pietate dignetur, duos annos et totidem quadragenas de vera penitencia indulgemus; contentas in nostris presentibus litteris apostolicis seu bullis duraturas, quamdiu sancta cruciata nostra durabit. Et de celo, uti confidimus, victoria dabitur contra dictum perfidum Turcuru et alios damnate secte Mahometice in partibus orientalibus sectatores. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre monicionis, hortacionis, mandati, relaxacionis, elargicionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Rome apud Sanctum Petrum. Anno etc. millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Tercio Calendas Julii. Pontificatus nostri Anno Secundo.

segítséget hozóknak, azoknak is búcsút engedélyezünk, akik a keresztény világnak lelki segítséget nyújtottak. Ennélfogva az igazán bűnbánóknak és a szentségek kegyelmében részesülteknek, akik az említett körmeneteken megjelentek, 7 évi és ugyanannyi 40 napi búcsút engedélyezünk. Azoknak pedig, akik jámbor fogadást tettek akár imádság gyakorlására, akár zarándoklatra, akár alamizna osztására, és azt beváltották, hogy a mindenható Isten a keresztények megsegítésére irgalmassága szerint letekinteni méltóztassék, 2 évi és ugyanannyi 40 napi búcsút engedélyezünk, melyek jelen apostoli levelünkben, vagyis bullánkban tartalmaztatnak, mindaddig érvényben maradván, ameddig a mi szent keresztes hadjáratunk tartani fog. És bízunk benne, hogy az ég győzelmet ad nekünk az említett hitszegő török és Mohamed átkozott szektájának a keleti részekben lévő más követői ellen. Ennélfogva egyáltalán senkinek se legyen szabad az emberek közül hatályon kívül helyezni a mi intelmünknek, buzdításunknak, parancsunknak, elengedésünknek, engedélyezésünknek és engedményünknek ezt a lapját vagy vele vakmerő módon szembehelyezkedni. Ha pedig valaki ezt megkísérelni merésznél, vegye tudomásul, hogy a mindenható Istennek és az ő apostolainak, Szent Péternek és Pálnak neheztelését vonja magára. Kelt Rómában, Szent Péternél, az 1456-ik évben, június 29-én. Pápaságunk második évében.

Notitiae

- [1] Fr. Thomas Esser O. Pr.: Das Ave-Maria-Läuten und der „Engel des Herrn” in ihrer geschichtlichen Entwicklung. Hist. Jahrb. 23. (1902), pag. 258. – Cf. ibid.: Abhandlungen der böhmischen Ges. der Wissenschaften. V. Folge. XII. (Praga), pag. 22. – The Catholic Encyclopedia. Vol. I. Vatican Edition. New York, 1907. Pag. 487.
- [2] O. Troyon: L'„Ave Maria”, in Ephem. „Rome”, 1912. p. 366-7.
- [3] Hartzheim, Conc. German. V. 41., apud Esser, p. 259.
- [4] Sinnacher: Beyträge zur Geschichte der bischöflichen Kirche Säben und Brixen in Tyrol, VI. (Brixen, 1828), p. 78., apud Esser, p. 259.
- [5] Hartzheim, Conc. German. V. 209. et 221. – In synodo prov. eccl. Moguntiae hic articulus sequentem titulum habet: „Instituuntur pulsationes pro memoria passionis Christi ad feriam sextam in meridie, et compassionis B. V. quolibet mane”. Esser, p. 259.
- [6] Dictionnaire de Theologie Catholique, Paris. 1910. p. 1280.: „En 1451 nous voyons cet usage adopté pour tous les jours au monastere du Val-des-Écoliers, à Mons en Hainaut (Belgique)”.
- [7] Sanctus Carolus Borromeus simili modo ac syn. prov. eccl. Maguntiao et Coloniae pulsationem in memoriam passionis Domini ordinavit, sed de hora pulsationis dicitur: „paulo ante horam nonam”. Esser, p. 259. In Synodo Basileae (Basel) anno 1503 habita instituebantur pulsationes in memoriam passionis Domini. Cf. Esser, p. 260.
- [8] Esser, p. 260.

Jegyzetek

- Fr. Thomas Esser O. Pr.: Das Ave-Maria-Läuten und der „Engel des Herrn” in ihrer geschichtlichen Entwicklung. Hist. Jahrb. 23. (1902), 258. – Vö. uo. Abhandlungen der böhmischen Ges. der Wissenschaften. V. Folge. XII. (Praga), 22. – The Catholic Encyclopedia. Vol. I. Vatican Edition. New York, 1907. 487.
- O. Troyon: L'„Ave Maria”, „Rome” c. folyóiratban, 1912. 366-7. l.
- Hartzheim, Conc. German. V. 41., Essernél, 259.
- Sinnacher: Bevträge zur Gesehichte der bischöfl. Kirche Saben u. Brixen in Tyrol, VI. (Brixen, 1828), 78. l., Essernél, 259. l.
- Hartzheim, Con. German. V. 209 és 221. — A mainz-i egyháztart-zsin.-on ez a fej. a köv. cím alatt fordul elő: „Instituuntur pulsationes pro memoria passionis Christi ad feriam sextam in meridie, et compassionis B. V. quolibet mane.” Esser, 259.
- Dictionnaire de Theologie Catholique, Paris, 1910, 1280: „En 1451 nous voyons cet usage adopté pour tous les jours au monastère du Val-des-Écoliers, à, Mons en Hainaut (Belgique).”
- Borromei Szent Károly a mainz-i és kölni tartományi zsinatok mintájára szintén elrendelte az Úr szenvedésének emlékére a harangozást; a harangozás időpontjára nézve ez áll: „paulo ante horam nonam” – kevéssel 9 óra előtt. Esser, 259. l. – A bázeli zsinat 1503-ban vezette be az Úr szenvedésének emlékére a harangozást. Vö. Esser, 260. l.
- Esser, 260. l.

- | | |
|--|---|
| [9] Cf. p. 19. | Szövegét l. bővebben 19. l. |
| [10] Cf. p. 24. | Szövegét l. bővebben 24. l. |
| [11] Vide text. p. 26. | Szövegét l. bővebben 26. l. |
| [12] Vide text. p. 27. | Szövegét l. bővebben 27. l. |
| [13] Raymundus: Annal. Eccl., ad annum 1456.
– Victoria de Turcia apud Castrum
Nandoralbense gloriosissime reportata est
Joanne Hunyadi duce die 21. et 22. Julii
anno 1456. | Raymundus: Annal. Eccl., ad annum 1456.
– A Hunyadi vezérlete alatt a török fölött
aratott győzelem Nándorfejérvárnál 1456.
júl. 21. és 22-én történt. |
| [14] Theiner: Mon. Vat. Hung. II. 281-282. | Theiner: Mon. Hung. Vat. II. 281-282. |
| [15] Esser, op. cit. p. 262. | Esser, i. h. 262. |
| [16] Chronica de Bologna apud Muratori Script.
XVIII. 721., apud Esser, p. 263. | Chronica di Bologna Muratorinál, Script,
XVIII. 721, Essernél, 263. l. |
| [17] Biekell, Synodi Brixin. saec. XV. Oenip.
1880. p. 54.: „dicentur singulis diebus circa
pulum post meridiem tres dominicae
orationes cum totidem angelicis
salutationibus: hocque populo sibi subiecto
in cancellis intimare”. – Esser, p. 263. | Bickell, Synodi Brixin. saec. XV. Oenip.
1880. 54.: „dicentur singulis diebus circa
pulum post meridiem tres dominicae
orationes cum totidem angelicis
salutationibus: hocque populo sibi subiecto
in cancellis intimare.” Esser, 263. |
| [18] Dr. Otto Etl: Zur Geschichte des „Angelus
Domini”. Theol. Prakt. Quart. 1949, 203-
220. | Dr. Otto Etl: Zur Geschichte des „Angelus
Domini”. Theol. Prakt. Quartalschr. 1949.
203-220. |
| [19] Gallia christiana 2 (Paris 1720), p. 734.,
apud Kneller, 403. | Gallia Christiana 2 (Paris 1720), 734,
Knellernél, 403. l. |
| [20] Esser, p. 256. | Esser, i. h. 256. |
| [21] Ibid. | Uo. |
| [22] Conpendium de Gallorum gestis, lib. X.
Paris, 1507. fol. CCLXIX. Vel sub titulo:
Rer. Gall. Annal. cum Hub. Vellei suppl.
lib. X. c. 12. 1577. p. 261. | Conpendium de Gallorum gestis, lib. X.
Paris, 1507, fol. CCLXIX. Vagy ezen cím
alatt: Rer. Gall. Annal. cum Hub. Vellei
suppl. lib. X. c. 12. 1577. 261. |
| [23] Cf. Hoeyek, Gesch. der kirchlichen
Liturgie, 181., apud Esser, p. 263. | Vö. Hoeyek, Gesch. der kirchlichen
Liturgie, 181., Esser, 263. l. |
| [24] Burchardus, Diarium Curiae Rom. sub
Alexandro VI. Ed. Thuasne (Paris 1885) p.
72. – Sententia ultima sequentem formam | Burchardus, Diarium Curiae Rom. sub
Alexandro VI. Ed. Thuasne (Paris 1885)
72. l. – Az utolsó mondat így alakul |

- habet apud Eccehard, Corpus hist. med. aevi, Lips. 1723, II. 2123: „Et sic observari debet in futurum de mandato Papae singulis diebus.” – Cf. Raynaldus, Annal. Eccl. ad annum 1500. n. 4., Esser, 263.
- [25] Esser, p. 264.
- [26] Actorum Mediolanensis eccl. pars IV. Mediolani, 1599, p. 488., Kneller, p. 403.
- [27] Kneller S. J.: Die Geschichte des Gebetläutens. Zeitschr. für kath. Theologie. 28. Jahrb. 1904. p. 403.
- [28] Catholicus Catechismus, Coloniae, 1543. lib. V. e. XVIII. fol. 181. Esser, p. 264.
- [29] Braunsberger, B. Petri Canisii Epist. et acta. I. (Frib. 1895), 771. f. – Cf. Schmidt, Hist. Soc. Jes. Prov. Bohem. Pars I (Pragae 1747), lib. II. p. 109. – Esser, p. 265.
- [30] Hirn, Erzherzog Ferd. II von Tirol. I (Innsbruck 1885), p. 173. – Esser, p. 265.
- [31] Puls. merid. introducta invenitur in loc. sequ.: Dioc. Avraneh (Prov. Rouen) 1550, Herzogenbuseh (1571), Orihuela (Hispania) 1600, Eichstädt (1622), Syn. Brixin. 1603 (mane, merid. vesp.), Augsburg (mane-mer.-vesp.) 1610, Konstanz (man.-mer.-vesp.) 1609, Synod. de Ermland (man.-mer.-vesp.) 1610, Sitten 1626, Syn. Colon. (man.-mer.-vesp.) 1627, Trier (man.-mer.-vesp.) 1628, Syn. de Namur (man.-mer.-vesp.) 1639, Antwerpen (man.-mer.-vesp.) 1643, Syn. de Nurmond (man.-mer.-vesp.) 1652. Esser, op. cit.
- [32] Kneller S. J.: p. 401. – Johann Christ. Lünig, Des Teuschen Reichs-Archivs Partis generalis Continuatio, Leipzig, 1713, p. 495.
- [33] Ibid.
- Eccehardnál, Corpus hist. med. aevi, Lips. 1723. II. 2123: „Et sic observari debet in futurum de mandato Papae singulis diebus.” – Vö. Raynaldus, Annal. Eccl. ad annum 1500. n. 4. Esser, 263.
- Esser, 264.
- Aetorum Mediolanensis eccl. pars IV. Mediolani, 1599. 488., Kneller, 403.
- Kneller S. J.: Die Geschichte des Gebetläutens. Zeitschrift für kath. Theologie. 28. Jahrb. 1904, 403. 1.
- Catholicus Catechismus, Coloniae, 1543. lib. V. c. XVIII. fol. 181. Esser, 264.
- Braunsberger, B. Petri Canisii Epist. et acta, I. (Frib. 1895), 771 f. – Cf. Schmidt, Hist. Soc. Jes. Prov. Bohem. Pars I (Pragae 1747), lib. II. 109. – Esser, 265.
- Hirn, Erzherzog Ferdinánd II von Tirol. I (Innsbruck 1885), 173. – Esser, 265.
- A fentebb felsoroltakon kívül a következő helyeken volt délben harangozás: Avraneh egyházm. (rouen-i érseks.) 1550, Herzogenbusch (1571), Orihuela (Spanyolorsz.) 1600, Eichstädt (1622), Brixeni zs. 1603 (regg., déli-esti), Augsburg (regg. déli-esti) 1610, Konstanz (regg. déli-esti) 1609, Ermlandi zs. (regg. déli-esti) 1610, Herzogenbusch 1612 (regg. déli-esti), Genti zs. (regg. déli-esti) 1613, Sitten 1626, Kölni zs. (regg. déli-esti) 1627, Trier 1628 (regg. déli-esti) Namur-i zs. 1639 (regg. déli-esti Ave Mariára), Antwerpen 1643 (regg. déli-esti), Nurmondi zs. 1652 (regg. déli-esti). Esser, i. m.
- Kneller S. J.: 401. – Johann Christ. Lünig, Des Teuschen Reichs-Archivs Partis generalis Continuatio, Leipzig, 1713. 495.
- Uo.

- [34] Ibid. Uo.
- [35] Cf. Katolikus Lexikon (lingua Hung.) sub titulo: „Déli harangszó.” — Mentem Hungaricam exprimit Hóman-Szekfü: Magyar Történet (Historia Hungarica). Ed. 6. Budapest, 1939. II. p. 456.: „Ad zelum erga cruciatam excitandum Callixtus Papa praescipit orationem meridianam novam, quam totus orbis christianus pro victoria armorum christianorum omni meridie dicere debebat, cuiusque orationis christifideles omni meridie pulsus campanae admonebat. Quibus orationibus ac crucis praedicationibus accensi animatique cruce signati Joannis de Capistrano bellum gerebant victoriamque mox apud Castrum Nandoralbense — Joanne Hunyadi celeberrimo duce suisque militibus fortiter pugnantibus — de Turcis reportarunt, quae victoria tali modo per sempiterna saecula cum pulsatione meridiana cohaeret.” — Mentem occidentis repraesentant —: Lexikon für Theologie und Kirche, Freiburg i. B. 1930. I. 435: „Angelusläuten ... mittags ... 1456 von Callixtus III in der Türkennot an allen Tagen eingeführt”. Der Grosse Herder, Freiburg i. B. 1931. I. 604.: („Das Angelusläuten) am Mittag im 15. Jahrh. hinzu (erst nur am Freitag als »Angstläuten«), 1456 durch Callixtus III als Aufforderung zum Beten gegen die Türkennot für alle Tage angeordnet.” — Dictionnaire de Theologie Catholique. Paris, 1909. I. 1279-80: „(Angelus) Le pape Calixte III généralisa cet usage en 1456 en ordonnant la sonnerie quotidienne de midi et en prescrivant la recitation de trois Ave, afin d'obtenir le secours divin dans la guerre contra les Turcs.”
- [36] Cf. Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de Liturgie. Paris, 1905. IV. 2074 ff. Vö. Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de Liturgie. Paris, 1905. IV. 2074. sk.
- [37] Cf. Dr. Etl, op. cit. p. 209-210. Vö. Dr. Etl, i. m. 209-210.
- [38] Cf. Troyon, loco cit. p. 367. Troyon, i. m. 367. l. írja: „Ce (Angelus) n'est qu'à la fin du XVIe siècle qu'on rencontre l'usage de ces versets, et c'est

probablement de Rome que nous viennent ces versets, car on les trouve pour la première fois dans un petit office imprimé à Rome sous saint Pie V (1572), qui nous donne la formule actuelle complète, à peu près telle que nous la récitons depuis.”

[39] Theiner: Mon. Hung. Vat. II. 280-281.

Theiner: Mon. Hung. Vat. II. 280-281.

[40] Cf. Hóman-Szekfü: op. cit. II. 456.

Cf. Hóman-Szekfü: i. m. II. 456.

[41] *Titulo hoc gentem Hungaricam Summi Pontifices: Nicolaus V (anno 1449), Callixtus III (a. 1455) et Pius II (a. 1459) decoraverunt.* Cf. Fraknoi Vilmos: Magyarország egyházi és politikai összeköttetései a római szentszékkal. Budapest, 1902. Tom. II. pag. 73-74 et 115. – Raynald: Annal. Eccl. Tom. XVII. pag. 365. – Theiner: Mon. Hung. Vat. II. 277. – Mansi: Pii II orationes (Lucca, 1757), II. 213.

Ezzel a címmel a magyar nemzetet a következő pápák tüntették ki: V. Miklós (1449-ben), III. Kallixtus (1455-ben) és II. Pius (1459-ben). Vö. Fraknoi Vilmos: Magyarország egyházi és politikai összeköttetései a római szentszékkal. Budapest, 1902. 2. k. 73-74. és 115. l. – Raynald: Annal. Eccl. Tom. XVII. 365. – Theiner: Mon. Hung. Vat. II. 277. – Mansi: Pii II orationes (Lucca, 1757), II. 213.

Lingua Latina

Introductio

I. Memoria victoriae celeberrimae de Hunyadi et „Bullae orationum” Callixti III.

Ratione habita *Anni Jubilaei* 1956 p. Chr. n. per totum orbem christianum, imprimis per Hungaros christifideles celebrandi, in memoriam maximae celeberrimaeque victoriae, virtute Hungarica, inclyto et gloriosissimo milite Joanne *Hunyadi*, „athleta Christi”, et Sancto Joanne de *Capistrano* ducibus, de Turcis toti occidenti christiano barbarissimam invasionem imminentibus, apud Castrum *Nandoralbense* (Belgrad) die 21. et 22. Julii anno 1456 mirabiliter reportatae, atque „*Bullae Orationum*” per *Callixtum III* Summum Pontificem eodem anno ad promovendam eandem victoriam editae, quae praecipiebat ubique terrarum auctoritae Sanctae Sedis subiectarum campanas singulis diebus hora meridiei pulsari debere, iuvat nos, occasione anniversarii quingentesimi factorum gloriosissimorum mentes christianas excitare simulque historiam pulsationis meridianae investigatione breviori problematum prosequi atque illustrare.

Nostrum est ante omnia demonstrare, quomodo Bulla ista praedicta cum consuetudine hodierna singulis diebus hora meridiei campanas pulsandi cohaereat; porro, quomodo et qualiter illa victoria *Nandoralbensis* in relatione ad hanc rem sit aestimanda ac intelligenda. Demonstrata prima parte problematis, conclusio per se patet et valet ad secundam.

II. Vestigia vetustissima pulsationis meridianae

Primum vestigium certum campanas hora meridiei pulsandi invenitur in decretis synodi *Pragensis* anno 1386 habitae. Quae praescribunt, quod singulis *feriis sextis* tempore *Nonae* in omnibus ecclesiis campana notabilis pulsetur *in memoriam* amarae *passionis Salvatoris* nostri; omnis labor, etiam esus interrumpi debeat et flexis genibus 5 *Pater noster* in honorem s. vulnerum pro avertenda pestilentia, gentilitate ac adipiscenda in regno pace dicantur.¹ Tam orantibus quam campanam pulsantibus indulgentiae 40 dierum elargiebantur.²

In oppido *Wischau* (in districtu *Olmütz*, Bohemia) synodus anno 1413 habita in cap. 4. praescribit pulsationem campanae maioris *hora meridiei* singulis *feriis sextis* in memoriam *passionis Jesu Christi*. Dicenda erant 3 *Pater noster* et totidem *Ave Maria* flexis genibus in honorem *passionis Domini*.³

In provincia ecclesiastica *Salzburg* introducta erat anno 1418 consuetudo, secundum quam singulis *feriis sextis hora nona* per campanam signum dari deberet in memoriam *mortis Jesu amarae* ad excitandum christifideles gratiarumque actiones agendas. Oratio praescripta:

¹ Fr. Thomas Esser O. Pr.: Das Ave-Maria-Läuten und der „Engel des Herrn” in ihrer geschichtlichen Entwicklung. *Hist. Jahrb.* 23. (1902), pag. 258. – Cf. *ibid.*: Abhandlungen der böhmischen Ges. der Wissenschaften. V. Folge. XII. (Praga), pag. 22. – *The Catholic Encyclopedia*. Vol. I. Vatican Edition. New York, 1907. Pag. 487.

² O. Troyon: L'„Ave Maria”, in *Ephem. „Rome”*, 1912. p. 366-7.

³ Hartzheim, *Conc. German.* V. 41., apud Esser, p. 259.

Psalmus: Deus, Deus meus vel 5 Pater noster ac Ave Maria. Orationes dicentibus indulgentiae 40 dierum elargiebantur.⁴

Similia decreta legi possunt in actis synodorum provincialium eccl. *Moguntiae* (Mainz) et *Coloniae* (Köln) anno 1423 habitarum. In synodo provinc. *Moguntiae* e. g. praescribitur, quod „omnibus feriis sextis hora meridiei vel circa, in memoriam passionis ac mortis Domini nostri Jesu Christi nostraeque redemptionis pulsetur solemniter magna cuiuslibet earundem ecclesiarum campana ad excitandum Christifideles ...”⁵

Consuetudo campanas pulsandi hora meridiei in memoriam passionis Jesu Christi in monasterio „Val-des-Écoliers” in Belgio (à Mons en Hainaut) anno 1451 iam pro omnibus hebdomadae diebus introducta esse dicitur.⁶

III. Consuetudo vetus non est praecursor pulsationis meridianae, sed pulsationis feriis sextis hora tertia post meridiem habendus

Quaeritur nunc, quid nobis de his pulsationibus devotionibusque iisdem coniunctis tenendum sit? Potest-ne consuetudo campanas pulsandi in memoriam passionis divini Salvatoris in supradictis locis pro singulis feriis sextis et postea in monasterio quodam Belgico pro omni die introducta praecursor pulsationis meridianae modernae haberi, ut quidam auctores opinantur?

Ad quaestionem bene intelligendam atque explicandam notandum, hic de initiis solummodo agi cuiusdam usus particularis ecclesiastici, qui ineunte quidem saeculo XV. magis magisque divulgatus ac circa annum 1450 iam pluribus in locis notus, sed certam formam nondum adeptus est atque cum consuetudine moderna hora meridiei singulis diebus campanas pulsandi haud aliquid commune habuit.

Differt usus ille a hodierno ante omnia *fine devotionis*, quae memoriam passionis et mortis Jesu in christifidelibus fovendi ac compassionem excitandi causa ordinata est. Pulsationis *dies* – uno casu excepto – certa id est pro *feriis sextis* praescripta, sed *hora* adhuc incerta videtur. *Textus* etiam orationum praescriptarum earet caractere constanti.

Verum quidem est, vestigium quoddam pulsationis meridianae in usu supradicto cognosci posse – agitur enim certis in locis de pulsatione hora meridiei feriis sextis –, sed ratione habita finis devotionis in memoriam passionis Salvatoris nostri introductae non potius dicere debemus, istam praecursorem pulsationis pomeridianae hora tertia feriis sextis praescriptae et hodie quoque existentis habendam esse?

Re uberius considerata duae ideae in usu praedicto latitantes distingui possunt: pia passionis mortisque Jesu memoria – ratio prima essentialis – et tempus id est dies horaque pulsationis – ratio secundaria accidentalis, quae posterior adhuc imperfecta, in statu evolutionis exstitit. Antequam hac in re ad perfectionem perventum esset, mutatio maxima facta est: Callixtus III

⁴ Sinnacher: *Beyträge zur Geschichte der bischöflichen Kirche Säben und Brixen in Tyrol*, VI. (Brixen, 1828), p. 78., apud Esser, p. 259.

⁵ Hartzheim, *Conc. German. V.* 209. et 221. – In synodo prov. eccl. *Moguntiae* hic articulus sequentem titulum habet: „Instituuntur pulsationes pro memoria passionis Christi ad feriam sextam in meridie, et compassionis B. V. quolibet mane”. Esser, p. 259.

⁶ *Dictionnaire de Theologie Catholique*, Paris. 1910. p. 1280.: „En 1451 nous voyons cet usage adopté pour tous les jours au monastere du Val-des-Écoliers, à Mons en Hainaut (Belgique)”.

Summus Pontifex suam „Bullam Orationum” publicari campanasque tempore meridiano singulis diebus pulsari fecit ordinavitque. Per decretum autem Papae consuetudo pristina non abrogatur, sed in sua forma essentiali sine mutatione ulterius quoque observatur,⁷ donec mutatis mutandis Benedictus XIV per suum Breve die 13. Dec. anno 1740 editum pulsationem in memoriam passionis et mortis divini Salvatoris singulis feriis sextis hora tertia post meridiem in omnibus cathedralibus et ecclesiis parochialibus celebrandam praescipit; orationes flexis genibus dicentes – 5 Pater noster et 5 Ave Maria – suppositis supponendis indulgentias 100 dierum lucrari potuerunt. Congregatio indulgentiarum die 15. Maii anno 1886 declaravit, horam pulsationis nullum influxum exercere ad lucrandas indulgentias.⁸

Post haec sine dubio possumus eloqui, quod usus supradictus in tantum cum pulsatione meridiana moderna concordat, in quantum *feriis sextis* in pluribus locis hora meridiei pulsabatur. Unicus casus Belgicus singulis diebus pulsandi non potest ac debet aliud quam exceptio singularis spectari.

IV. Callixtus III ordinat pulsationem meridianam: Bulla Orationum

Consuetudo laudabilis singulis diebus hebdomadae campanas hora meridiei pulsandi introducta erat a *Callixto III*. Iste Pontifex die 29. Junii anno 1456 Bullam Orationum („Cum his superioribus annis”) pro tota Ecclesia catholica praescipit ac eo fine edidit, ut contra Turcos toti occidenti christiano periculum supremum imminentes cruciatam spiritualem orationis pararet. „Tyrannus Turcorum – inquit idem S. Pontifex – ... superbiae currum ascendens vastitatem totius populi christiani et *occidentis* nuperrime mente concepit ad idque invadendum violencius se in dies parat gestiens sanctum Christi nomen de terra perdere et impii canis Mahometi damnatam et orrendam blasphemiam inducere.”⁹

Totum orbem christianum tanti periculi admonere mentesque hominum ad orandum excitare volens Callixtus III confugit ad medium pulsationis meridianae, uti signum periculi non secus ac orationis. Ad zelum fidelium augendum orationibus ad pulsationem dictis indulgentias coniunxit, sicut in Bulla legimus: „Et ut omnis populus cuiuscunque sexus et generis orationum et indulgentiarum huiusmodi particeps esse possit, precipimus et mandamus, ut in singulis ecclesiis quarumcunque civitatum terrarum et locorum inter nonas et vespas, videlicet ante pulsationem vespas, sed ei propinque saltem per intervallum medie hore singulis diebus tribus vicibus una campana vel plures sonorosae, ut bene audiantur, pulsantur, quemadmodum pro angelica salutatione de sero pulsari consuevit, et tunc quilibet dominicam orationem videlicet Pater noster et angelicam salutationem videlicet Ave Maria gracia plena etc. tribus vicibus dicere debeat, quibus semel quadraginta, tribus autem vicibus dicentibus genibus flexis Centum dies indulgentiarum misericorditer in Domino elargimur.”¹⁰

V. Cruciatam orationis pro victoria cruce signatorum

Summum Pontificem revera sanctam cruciatam per publicationem Bullae Orationum parare voluisse demonstrant etiam ordinationes aliae in Bulla contentae. Iuxta quas *sacerdotes* missam

⁷ Sanctus Carolus Borromeus simili modo ac syn. prov. eccl. Maguntiae et Coloniae pulsationem in memoriam passionis Domini ordinavit, sed de hora pulsationis dicitur: „paulo ante horam nonam”. Esser, p. 259. In Synodo Basileae (Basel) anno 1503 habita instituebantur pulsationes in memoriam passionis Domini. Cf. Esser, p. 260.

⁸ Esser, p. 260.

⁹ Cf. p. 43.

¹⁰ Cf. p. 45.

celebrantes *orationem* contra paganos praescriptam dicere debebant; huic orationi S. Pontifex indulgentias 100 dierum coniunxit. Praeterea per totum orbem christianum in singulis civitatibus, terris, castris et villis sive locis omnibus primis diebus dominicis singulorum mensium *processiones* generales fieri fecit, ad quas omnis populus, clerici tam saeculares quam regulares, religiosi et religiosae convenire debuerunt. In ipsa solemnitate processio per praedicatorem quempiam *sermo ad populum* habendus, cuius erat christifideles paenitentiae, pressuraeque patienter sufferendae ac morum corrigendorum et magnitudinis periculi Turcici admonere atque ad orationem excitare.

Christifidelibus omnibus cruciatae spiritualis participes fieri volentibus aperiuntur thesauri gratiarum Ecclesiae: „... vere penitentibus et confessis, qui ad predictas processiones convenerint, septem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia impartimur. Illis vero, qui pia emiserint vota eaque compleverint aut orationum aut peregrinationum aut elargicionis elemosinarum, ut omnipotens Deus ad auxilium christianorum respicere pro sua pietate dignetur, duos annos et totidem quadragenas de vera penitencia indulgemus.”¹¹

Denique non omittit Vicarius Christi spem suam in victoriam per cruciatam reportandam huiusmodi verbis exprimere: „Et de celo, uti confidimus, victoria dabitur contra dietum perfidum Turcum et alios damnate secte Mahometice in partibus orientalibus sectatores.”¹²

VI. Publicatio Bullae Romae, in Italia – Prima vice pulsantur campanae meridie in Urbe aeterna

Bulla Orationem Romae, sicut supra iam diximus, die 29 Junii anno 1456 inter missarum solemnium publicata fuit. Ipse Summus Pontifex celebravit missam in basilica principis apostolorum bullamque per Petrum tit. S. Marci presb. Cardinalem Venetum publicari fecit. Hac die itaque prima vice campanae in Urbe aeterna hora meridiei vel paulo post meridiem pulsabantur ac mox etiam in aliis urbibus et oppidis villisque auctoritati ecclesiasticae subiectis. Prima dominica Julii processiones generales habitae, „et eodem mense – inquit Callixtus III – ante festum B. Jacobi gloriosissima victoria secuta est, quae nec minor censenda est illis, quas Deus populo suo concessit tempore Moysis, Machabeorum, Caroli Magni... populares cruce signati cum uno solo milite ac Dei athleta comite Joanne Vayvoda victoriam de innumerabilibus hostibus reportarunt.”¹³

VII. Sors Bullae in aliis Europae regnis

Non solum Romae Summo Pontifice praecipiente ac in terris Sedis Apostolicae et orationes diebus ac horis statutis, et cetera omnia in Bulla contenta celebrabantur, sed bullae per universum orbem christianum exequendae et publicandae missae stunt.¹⁴ In suo 'Breve' duci Burgundiae misso enarrat Summus Pontifex Callixtus III, quod Bulla Orationum „per totam Italiam, Alemanniam, Hungariam et Hispaniam, et uti credimus, Franciam publicata existit et observatur.”¹⁵

¹¹ Vide text. p. 46.

¹² Vide text. p. 46.

¹³ Raymundus: Annal. Eccl., ad annum 1456. – Victoria de Turcia apud Castrum Nandoralbense gloriosissime reportata est Joanne Hunyadi duce die 21. et 22. Julii anno 1456.

¹⁴ Theiner: Mon. Vat. Hung. II. 281-282.

¹⁵ Esser, op. cit. p. 262.

Publicatio Bullae extra limites Italiae propter magnam distantiam geographicam et difficultates itineris tunc temporis in variis locis variis temporibus facta est ac evolutio historica suspicari sinit, consuetudinem meridie pulsandi postea multis in locis oblivioni traditam esse, etiam in ipsa Urbe Roma.

Sine dubio constat, pulsationem meridianam *Bononiae* (Bologna) die 26 Augusti anno 1456 introductam esse.¹⁶

Synodus *Brixin.* proponente hortanteque Nicolao Cusano pulsationem meridianam anno 1457 in diocesi praescripsit et in. cancellis populo intimandam ordinavit.¹⁷

In Gallia anno 1460 fundatio facta est in civitate Le Puy, ut mane, meridie et vesperi campana pulsaretur.¹⁸ De fundatione altera eodem anno facta legere possumus in „*Gallia christiana*”: „Sub eodem praesule (Joanne V. episcopo Aniciensi) anno 1460 Agnes de Montilio vidua Johannis Jourda civis Aniciensis, praedium donavit maiori ecclesiae, ut ter in die pulsaretur maior campana, ad cuius sonitum salutatio angelica recitaretur, quae consuetudo nondum forte alibi erat recepta (sic)”.¹⁹ Rex Galliae, Ludovicus XI., pro suo regno praescripsit pulsationem meridianam – sine dubio ratione habita ordinationis Bullae Orationum – anno 1472 „obtinendae pacis publicae gratia.”²⁰ „Tertia compilatio statutorum Ord. Cartusiensis” de anno 1509 expressis verbis adscribit pulsationem meridianam in domibus ordinis introductam ordinationi papali: „In omnibus domibus Ordinis – legitur in statutis –, quae sunt sub ditione domini regis Franciae, singulis diebus hora meridiei ex ordinatione apostolica (scil. Sixti P. IV.) pulsetur campana pro Ave Maria pro pace dicti regni conservanda, eo modo, quo pulsatur hora completorii et singulae personae earundem domorum dicant tribus vicibus Ave Maria. Pro quibus vice qualibet 300 dies de indulgentia ex indulto apostolico (scil. Sixti P. IV.) consequuntur vere paenitentes et confessi.”²¹ Etsi finis pulsationis meridianae hic ab eo Callixti III alienus designetur, tamen idea pulsationis Bullae Orationum desumpta est. Robertus Saguin notat in opere suo, quod „mos (scil. meridie puls.) hactenus diligenter a plerisque servatur.”²²

Anno 1456 ordinatione episcopali (*Augsburg, Germania*) signum campanae dari debuit omni die hora secunda post meridiem pro avertendo periculo Turcico ad orationem excitandam.²³

VIII. Alexander VI instaurat ordinationem Callixti III – pulsatio meridiana divulgatur ubique locorum

Consuetudinem meridie pulsandi a Callixto III pro universa ecclesia introductam et partim iam oblivioni traditam renovat *Alexander VI* Summus Pontifex anno 1500, uti Joannes Burchardus scribit in suo Diario: „Dominica, 9. Augusti in meridie pro prima vice pulsatum est in omnibus ecclesiis parochialibus *Urbis* Pater noster et Ave Maria dicendum contra Turcas, prout *tempore*

¹⁶ Chronica de Bologna apud Muratori Script. XVIII. 721., apud Esser, p. 263.

¹⁷ Biekell, Synodi Brixin. saec. XV. Oenip. 1880. p. 54.: „dicentur singulis diebus circa pulsum post meridiem tres dominicae orationes cum totidem angelicis salutationibus: hocque populo sibi subiecto in cancellis intimare”. – Esser, p. 263.

¹⁸ Dr. Otto Etl: Zur Geschichte des „Angelus Domini”. Theol. Prakt. Quart. 1949, 203-220.

¹⁹ Gallia christiana 2 (Paris 1720), p. 734., apud Kneller, 403.

²⁰ Esser, p. 256.

²¹ Ibid.

²² Compendium de Gallorum gestis, lib. X. Paris, 1507. fol. CCLXIX. Vel sub titulo: Rer. Gall. Annal. cum Hub. Vellei suppl. lib. X. c. 12. 1577. p. 261.

²³ Cf. Hoeyek, Gesch. der kirchlichen Liturgie, 181., apud Esser, p. 263.

fel. rec. *Callixti P. III* fuit institutum ex parte SS. D. N., ut intellexi, mandatum pulsari huiusmodi in meridie singulis anni diebus perpetuis futuris diebus (sic) debere observari.”²⁴

Usus pulsationis meridianae condam a Callixto pro universa Ecclesia praescriptus et nunc per Alexandrum VI renovatus saeciilo XVI celeriter divulgabatur.

In Italia in civitate *Imola* proponente duce Joanne III Sassatello anno 1506 denuo introducitur pulsatio meridiana.²⁵ *S. Carolus Borromäus* in synodo quadam anno 1573 habita praescribit: „Ut cum datur et vesperi et mane et meridie signum salutationis angelicae, genibus flexis ubiubi sit oret, ut sanctissimi instituti est.”²⁶

In Hispania ad analogiam consuetudinis Romae vigentis introduxit *S. Ignatius de Loyola* in civitate *Azpeitia* pulsationem meridianam, sicut in autobiographia eiusdem legitur: „Curavit etiam et effecit, ut ter interdium, sicut Romae fit, ad salutationem angelicam signum campanae pulsu daretur, populusque oraret, mane nimirum, meridie et vesperi.”²⁷

IX. Doctrina Catechismi Coloniensis

In terra Germaniae fideles ordinationis papalis memores fecit episcopus Viennensis, Friedericus Nausea in suo Catechismo dicens: Cum periculum Turcicum gradum supremum attingeret, confugitum esse sub praesidium Mariae uti advocatae apud filium divinum eiusque tutelae comparandae causa pro toto orbe christiano ordinatum esse, ut illa ad minimum duabus vicibus (scil. extra pulsationem de sero etiam meridie!) ab omnibus christifidelibus ut mediatrix et patrona apud filium Jesum per salutationem Archangeli Gabrielis advocaretur et in perpetuam institutionis huiusmodi memoriam campanae pulsarentur; et hostem demum devictum esse.²⁸

In Bohemia ad propositionem hortationemque *S. Petri Canisii* archidux Ferdinandus, filius imperatoris et regis Ferdinandi I, anno 1556 iussit per decretum ad clerum directum populo intimari, ut usus meridie campanam pulsandi in memoriam passionis Jesu (sic) renovaretur et oratio pro auxilio contra Turcos fieret; et ad pulsum campanae omnes genibus flexis orare deberent; si hoc non facerent, punirentur.²⁹

In Tyrolia introduxit idem archidux, cum princeps huius territorii factus esset, usum eundem denuo; ordinavit enim postulavitque, ut meridie campana pulsaretur omnesque flexis genibus et manibus extensis imprimis contra Turcos orarent. Decretum omni mense una vice intimandum erat populo.³⁰

²⁴ Burchardus, *Diarium Curiae Rom. sub Alexandro VI.* Ed. Thuasne (Paris 1885) p. 72. – Sententia ultima sequentem formam habet apud Eccehard, *Corpus hist. med. aevi*, Lips. 1723, II. 2123: „Et sic observari debet in futurum de mandato Papae singulis diebus.” – Cf. Raynaldus, *Annal. Eccl. ad annum 1500.* n. 4., Esser, 263.

²⁵ Esser, p. 264.

²⁶ *Actorum Mediolanensis eccl. pars IV. Mediolani*, 1599, p. 488., Kneller, p. 403.

²⁷ Kneller S. J.: *Die Geschichte des Gebetläutens. Zeitschr. für kath. Theologie.* 28. Jahrb. 1904. p. 403.

²⁸ *Catholicus Catechismus, Coloniae*, 1543. lib. V. e. XVIII. fol. 181. Esser, p. 264.

²⁹ Braunsberger, *B. Petri Canisii Epist. et acta.* I. (Frib. 1895), 771. f. – Cf. Schmidt, *Hist. Soc. Jes. Prov. Bohem. Pars I (Pragae 1747)*, lib. II. p. 109. – Esser, p. 265.

³⁰ Him, *Erzherzog Ferd. II von Tirol. I (Innsbruck 1885)*, p. 173. – Esser, p. 265.

Exeunte ergo saeculo XV et in limine saeculi XVI mos meridie pulsandi per Alexandrum VI instauratus mox adeo in multis locis et regnis divulgatus invenitur, ut iste qua generalis ecclesiae catholicae usus spectari possit.³¹

X. Duo momenta in evolutione pulsationis meridianae

In evolutione huius consuetudinis a tempore Callixti III usque ad finem saeculi XVI *duo momenta* animadvertere et observare possumus; primum: idea originalis Callixti III idest oratio praescripta contra Turcos ad pulsationem meridianam servatur et applicatur in regnis, quae a Turcis periclitabantur, sic in territoriis Dinastiae Habsburgensi subiectis: in. Germania, Austria, Bohemia, Tyrolia et sine dubio in Hungaria, a Turcis maxime periclitata. E contra apud populos Romanos, uti Gallos, Hispanos, praevallet idea salutationis angelicae ad analogiam pulsationis mane et vespere vigentis. Secundum: periculo Turcico cessante mutatur finis devotionis meridianae et ubique adaptatur et assimilatur usui mane et vesperi iam noto et in tota ecclesia divulgato. Evolutio haec eo facilius fieri potuit, quia haec forma devotionis omnino non ignota exstitit. Catechismus enim Coloniensis duas ideas – orationem contra Turcos et cultum Mariae – coniungit anno 1543 expressis verbis dicens, in periculo Turcico confugere debere ad B.M.V. tamquam advocatam apud filium divinum Jesum.

XI. Congressus generales Germanici urgent pulsationem meridianam

Ad ea, quae supra diximus, possunt afferri etiam *ordinationes Ferdinandi* regis anno 1529, necnon *decreta congressuum universalium Imperii Germanici* anno 1542. 1544 (in civ. Speyer) et 1566 (in civ. Augsburg) atque anno 1594 ac 1598 (in civ. Regensburg) habitorum, quibus tam principes et barones regni quam praelati interfuerunt.

Anno 1529 rex Ferdinandus in litteris adhortabatur christifideles in periculo Turcico ad orationem dicendam, cui Summus Pontifex indulgentias coniunxit.³²

Anno 1542 congressus in civitate Speyer habitus in art. 42 ordinavit et postulavit, ut in imperio toto populus christianus per praedicatores admoneretur orationis contra crudelem hostem Turcum dicendae ac in omnibus ecclesiis parochialibus singulis diebus meridie campana pulsaretur populusque pro avertenda ira Altissimi et pro gratia eius imploranda oraret.³³

Similia decreta legi possunt etiam in articulis aliorum congressuum anno 1544, 1556, 1594 et 1598 habitorum, quae omnia urgent orationem ad pulsum campanae dicendam, ut populus ad Deum revertatur, mores corrigantur et sic ira Dei avertatur hosteque devicto patria liberetur.³⁴

XII. Summa argumentationis nostrae: pulsatio meridiana derivatur a Callixto III.

His praemissis thesis nostrae *summam* in sequentibus exponimus:

³¹ Puls. merid. introducta invenitur in loc. sequ.: Dioc. Avraneh (Prov. Rouen) 1550, Herzogenbuseh (1571), Orihuela (Hispania) 1600, Eichstädt (1622), Syn. Brixin. 1603 (mane, merid. vesp.), Augsburg (mane-mer.-vesp.) 1610, Konstanz (man.-mer.-vesp.) 1609, Synod. de Ermland (man.-mer.-vesp.) 1610, Sitten 1626, Syn. Colon. (man.-mer.-vesp.) 1627, Trier (man.-mer.-vesp.) 1628, Syn. de Namur (man.-mer.-vesp.) 1639, Antwerpen (man.-mer.-vesp.) 1643, Syn. de Nurmond (man.-mer.-vesp.) 1652. Esser, op. cit.

³² Kneller S. J.: p. 401. – Johann Christ. Lünig, Des Teuschen Reichs-Archivs Partis generalis Continuatio, Leipzig, 1713, p. 495.

³³ Ibid.

³⁴ Ibid.

Pulsationem meridianam modernam effectum ordinationis Bullae Orationum esse, fundatur in argumentis, quae sequuntur:

1. Usque ad tempus Callixti III Summi Pontificis exstitit tantum *usus particularis* pulsationis meridianae *feriis sextis*, cuius hora non semper certa, partim ante meridiem, partim post meridiem, vel hora meridiei designata fuit.
2. *Prima generalis praescriptio* singulis diebus meridie pulsandi continetur in Bulla Orationum.
3. Summus Pontifex non facit mentionem consuetudinis antea vigentis, ergo ordinatio eius *non potest et debet continuatio prioris usus* dici atque haberi.
4. *Consuetudo particularis* pulsationis in memoriam passionis et mortis Jesu feriis sextis *non abrogatur* per decretum Callixti III, sed tamquam ab usu novo *distincta* ulterius quoque observatur, donec tempus pulsationis eiusdem decursu saeculorum variis in locis vario modo introductum ac applicatum Benedictus XIV anno 1740 pro universa ecclesia exacte praescripsit idque feriis sextis hora tertia post meridiem servandum determinavit, quae consuetudo usque hodie laudabiliter exercetur magnoque fidelium favore gaudet.
5. *Analogiam* suae praescriptionis designare volens memorat summus Pontifex *pulsationem serotinam*: „... inter nonas et vespas ... singulis diebus tribus vicibus una campana vel plures ... pulsantur, quemadmodum pro angelica salutatione *de sero* pulsari consuevit.”
6. *Alexander VI* pulsationem meridianam a *Callixto III* derivat et in hoc sensu instaurat usum *in meridie* pulsandi mandansque eum „singulis anni diebus perpetuis futuris diebus observari.”
7. *Traditio* Hungarica et occidentalis adscribit praescriptionem pulsationis meridianae Callixto III pro anno 1456.³⁵
8. *Nulla* praeter ordinationem *Callixti III* Papae *alia explicatio sufficiens* pro pulsatione meridiana in historia ecclesiastica inveniri potest.

³⁵ Cf. *Katolikus Lexikon* (lingua Hung.) sub titulo: „Déli harangszó.” — *Mentem Hungaricam* exprimit Hóman-Szekfü: *Magyar Történet* (Historia Hungarica). Ed. 6. Budapest, 1939. II. p. 456.: „Ad zelum erga cruciatam excitandum Callixtus Papa praescripsit orationem meridianam novam, quam totus orbis christianus pro victoria armorum christianorum omni meridie dicere debebat, cuiusque orationis christifideles omni meridie pulsus campanae admonebat. Quibus orationibus ac crucis praedicationibus accensi animatique crucesignati Joannis de Capistrano bellum gerebant victoriamque mox apud Castrum Nandoralbense – Joanne Hunyadi celeberrimo duce suisque militibus fortiter pugnantibus – de Turcis reportarunt, quae victoria tali modo per sempiterna saecula cum pulsatione meridiana cohaeret.” — *Mentem occidentis* repraesentant —: *Lexikon für Theologie und Kirche*, Freiburg i. B. 1930. I. 435: „Angelusläuten ... mittags ... 1456 von Callixtus III in der Türkennot an allen Tagen eingeführt”. *Der Grosse Herder*. Freiburg i. B. 1931. I. 604.: („Das Angelusläuten) am Mittag im 15. Jahrh. hinzu (erst nur am Freitag als »Angstläuten«), 1456 durch Callixtus III als Aufforderung zum Beten gegen die Türkennot für alle Tage angeordnet.” — *Dictionnaire de Theologie Catholique*. Paris, 1909. I. 1279-80: „(Angelus) Le pape Calixte III généralisa cet usage en 1456 en ordonnant la sonnerie quotidienne de midi et en prescrivant la recitation de trois Ave, afin d'obtenir le secours divin dans la guerre contra les Turcs.”

XIII. *Duae difficultates – earum solutiones*

Difficultates duae afferri possunt: Quomodo fit ex pulsatione post meridiem „inter nonas et vespervas” pulsatio meridiana? et quomodo efficitur ex pulsatione contra Turcos pulsatio angelicae salutationis?

Ad primam quaestionem respondendo respectu exemplorum allatorum eloqui possumus, *istum* usum solummodo in primis annis post ordinationem Callixti III occurrere. Incipiendo ab anno 1460 semper legimus horam meridianam vel pulsationem meridianam. Ipse Alexander VI Summus Pontifex anno 1500 iuxta Burchardi scriptum mandat „pulsari ... in meridie”. Ratio huius duplicis designationis fundatur verisimiliter in eo, quod horae officii divini anticipabantur et tempus „inter nonas et vespervas” tali modo coincidit cum hora meridianam.³⁶

Solutio secundi problematis ex supra dictis elucet: cessante enim fine idest officio orandi contra Turcos assimilabatur devotio usui serotino, ad cuius analogiam Callixtus III pulsationem meridianam ordinavit. Argumentationem nostram factis respondere historicis probatur ex Catechismo Coloniensi, in quo anno 1543 oratio contra Turcos et cultus Mariae coniunguntur.³⁷

XIV. *Analogia historiae Hungariae*

Analogiam videmus mentione dignam etiam *in historia Hungariae* plus quam trecentos annos per invasionem Turcorum periclitatae et partim devastatae, partim occupatae. In *Regno Mariano* Hungariae traditio facta et adeo in intimo animo populi fundata est veneratio Beatae Mariae Virginis, ut Hungari christifideles saeculo XVI et XVII atque XVIII omne malum regno illatum defectui a cultu Mariae attribuerent. Tempore hoc proverbium factum est dicere: omne decus et bonum regni a Maria esse. Liberationem ab occupatione Turcorum necnon restaurationem pristini status per Mariam apud filium divinum patronam esse imploratam omnes Hungari sancta cum persuasione credebant. Non sine ratione asserimus ergo, cultum Mariae mediatrix et orationem dicendam contra Turcos in evolutione historica decursu temporis ideam communem constituisse. Cessante demum Turcico periculo pulsatio meridiana venerationi soli Mariae inserviebat, sicut forma orationis „Angelus Domini” tempore S. Pii V Summi Pontificis (+1572) iam perfecta et tribus vicibus per diem recitata ostendit.³⁸

XV. *Pulsatio meridiana et victoria Nandoralbensis*

Ad finem argumentationis nostrae pervenientes liceat nobis nunc *cohaerentiam* Bullae Orationum ac perinde pulsationis meridianae *cum victoria de Turcis* anno 1456 apud Castrum Nandoralbense Joanne *Hunyadi* duce et S. Joanne de *Capistrano* cooperante reportata brevi expositione demonstrare ac probare.

Bulla Orationum, sicut iam diximus, die 29 Junii anno 1456 publicata est Romae in basilica principis Apostolorum missaque ad omnes gentes christianas eo fine, ut pro victoria christianorum totus orbis christianus oraret. Mense proximo, die 21 et 22 Julii victoria gloriosissima secuta est apud Castrum Nandoralbense, quod clavis Hungariae meridionalis fuit. Ipse Summus Pontifex adscribebat victoriam hanc orationibus per Bullam praescriptis et ad

³⁶ Cf. Dictionnaire d'Archéologie chrétienne et de Liturgie. Paris, 1905. IV. 2074 ff.

³⁷ Cf. Dr. Etl, op. cit. p. 209-210.

³⁸ Cf. Troyon, loco cit. p. 367.

pulsationem recitatis: „quibus orationibus non dubitemus omnipotentem Deum inclinatam hanc inopinatam victoriam concessisse.”³⁹

Quia vero *orationes illae*, quae milites Joannis Hunyadi ducis vincere adiuuabant, *ad pulsationem meridianam nuperrime introductam recitatae erant*, ipsa consuetudo pulsationis meridianae eiusdemque praescriptio per Callixtum III cohaeret cum victoria de Turcis reportata, qua totus orbis christianus ab invasione hostis crudelis liberatus est, sicut traditio historica Hungarica in saeculorum doctrina fundata semper tenebat.⁴⁰

XVI. Hungaria: „antemurale christianitatis”

Cum orbis christianus hodie in simili ac ante 500 annos discrimine versetur et pari modo a potestate gentilitatis periclitetur, oportet christifideles orbis terrarum tantae *per Hungariam qua „antemurale christianitatis”*⁴¹ reportatae non obliviscantur victoriae, *quam campanarum sonitus hora meridiei singulis anni diebus omnibus gentibus et populis annuntiant*. Memoria et recordatio tantorum factorum pro re fidei et pro libertate populorum contra tyrannidem infidelitatis patratorum necessaria est non solum aestimandi heroes christianitatis saeculorum praeteritorum, sed etiam discendi ac docendi faciendique causa officia futurorum.

³⁹ Theiner: Mon. Hung. Vat. II. 280-281.

⁴⁰ Cf. Hóman-Szekfü: op. cit. II. 456.

⁴¹ *Titulo hoc* gentem Hungaricam Summi Pontifices: Nicolaus V (anno 1449), Callixtus III (a. 1455) et Pius II (a. 1459) decoraverunt. Cf. Fraknói Vilmos: Magyarország egyházi és politikai összeköttetései a római szentszékkal. Budapest, 1902. Tom. II. pag. 73-74 et 115. – Raynald: Annal. Eccl. Tom. XVII. pag. 365. – Theiner: Mon. Hung. Vat. II. 277. – Mansi: Pii II orationes (Lucca, 1757), II. 213.

Bulla Orationum

Callixti III, die 29. Junii 1456

Reg. Vat. 457.

Calistus etc. Venerabilibus Filiis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis Electis necnon dilectis Filiis eorum in spiritualibus Vicariis ac Abbatibus ceterisque ecclesiasticis personis ubilibet per orbem christianum constitutis salutem, etc.

Cum his superioribus annis impius nominis christiani persecutor Turcorum tyrannus post oppressam Constantinopolim Civitatem, in qua omne genus crudelitatis exercuit, sevens non solum in homines, sed, ex quo in Deum nostrum non poterat, in suos sanctorumque reliquias impii desiderii conatum totis viribus sit persecutus fideles populos, ad quos voluit aspirare, assiduis cladibus affligendo, ita, ut nove plage, nove in dies calamitates nuncientur. Cumque etiam, quod indignius est, his non contentus, sed magis superbie currum ascendens vastitatem totius populi christiani et occidentis nuperrime mente concepit ad idque invadendum violencius se in dies parat gestiens sanctorum Christi nomen de terra perdere et impii canis Mahometi damnatam et orrendam blasphemiam inducere.

Hinc est, quod nos pridem in tam dura temporum et rerum condicione ad Primi Apostolatus apicem meritis licet insufficientibus evecti comparentesque dominico gregi sic passim sub infideli gladio cadenti, quem Dominus Salvator noster custodiendum et pascendum nobis comisit, conati sumus usque in hanc diem, quantum divina gracia largiri dignata est, his tam perniciosis conatibus nostras et Romane Ecclesie vires pro posse opponere, ad hoc ipsum mente et animo sedulo incubentes. Jam si quidem decimas per orbem christianum toti clero induximus, fideles populos ad communem fidei causam per has nostras excivimus, nuncios misimus, qui ad sanctam Domini crucem tuendam quisque pro posse se accingeret praedicarent, christianorumque adiumenta colligerent. Legatos insuper nostros partim ad pacanda Regna, partim ad excitandos Reges et Principes, partim quoque ad congregandos ducendosque contra huiusmodi alterum Mahometum veteris vestigia imitantem exercitus. Nuperrime autem dilectum filium Ludovicum t.t. Sancti Laurentii in Damaso presbyterum Cardinalem Camerarium nostrum cum classe maritima ire autore Domino iussimus. Denique nihil omisimus, quantum Dominus iuvare dignatus est, quod ad hanc salutarem expeditionem terra et mari proficere potuerit.

Verum, quia ut ait apostolus, nostrum est tantum laborare, solius autem Dei incrementum accionibus dare, videmus nil actum esse tantorum operum studio, nisi in ieiunio, fletu et planctu et oracionibus revertamur ad Dominum, ut Ipse revertatur ad nos, qui peccatis exigentibus flagellis huiusmodi conterit populum christianum velut secundum scientem voluntatem Dei sui et non facientem. Ac propterea necessarium duximus et maxime opportunum, ut misericordiam eius cum gemitu et lacrimis implorantes animas nostras in oracione humiliemus, non in humanis tantum viribus nostris confidentes, que fragiles sunt et caduce, sed in Domino exercituum, qui vere turris est fortitudinis et qui olim Abrae cum paucis vernaculis in Domino confidenti de potentibus Regibus victoriam dedit. Ab ipso enim victoria belli, non enim salvatur Rex per multam virtutem et gigas non salvabitur in multitudine virtutis sue. Ecce inquit psalmista: Oculi Domini super metuentes eum et in eis, qui sperant super misericordia eius, ut eruat a morte animas eorum et alat eos in fame. Nonne oracionibus magis quam armis Amalechitas Israeliticus populus superavit divina Scriptura testante. Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israel. Cum autem paululum remisisset, fugabat Amalech; et pugnaturi contra Philisteos pariter

Samueli dixerunt: Ne cesses clamare pro nobis ad Dominum Deum nostram, ut salvet nos de manu Philistinorum. Cumque ille clamaret sacrificaretque pro illis, introivit Dominus fragore magno in die illa super Philisteum et exterruit eos cessique sunt a filiis Israel. Nonne superbiam Senacherib Regis Assiriorum in multitudine curruum et equitum gloriantis humili Ezechie Regis atque devota oracione Octuagintaquinque milibus interemptis angelo percuciente una nocte contrivit.

Quem eciam non moneat in huiusmodi tribulacionibus et pressuris, quasi ad immotissimam arcem sit ad oracionem confugere. Regis Josaphat plus admiranda quam magna victoria, qui circumdatus ab omnibus finitimis nacionibus gencium timore perterritus ad Dominum totum se contulit praedicavitque jejunium in universo Juda, et toto populo congregato devotissima obsecracione Dominum invocavit, qui emisso Spiritu suo super Ithaziel Zacharie filium ita illi respondit: Attendite omnis Juda et qui habitatis in Jerusalem; et tu Josaphat, hec dicit Dominus nobis: nolite timere, ne paveatis hanc multitudinem, non est enim nostra pugna, sed Dei, non enim eritis vos, qui dimicabitis, sed tantummodo state confidentes et videbitis auxilium Domini super vos. At ille vehementius oracionibus laudibusque divinis insistens cantores instituit, qui laudantes Dominum in singulis turmis exercitus veluti firmissima et inexpugnabilia presidia antecederent et voce consona dicerent: Confitemini Domino, quoniam in eternum misericordia eius. Cumque illi laudes cantare cepissent, comittit Dominus insidias hostium in seipsos, ita, ut invicem sevientes mutuis concidere vulneribus. His quoque artibus praeclara feminarum Judith Holofernem necavit et tumorem maximi Regis Nabucodonosor superbiamque fragilis femina oracione, lacrimis sufulta contrivit. Non – inquit – in multitudine est virtus tua, Domine, nec in equorum viribus voluntas tua, nec superbi ab inicio placuerunt tibi, sed humilium et mansuetorum semper tibi placuit deprecacio.

Quid dicemus de fortissimo viro cunctisque periculis glorioso Macabeo, qui quociens oracione sufultus bello congressus est, victor evasit? At vero cum oracione neglecta (sic) Deoque non invocato cum Antiocho Rege congregitur, profligatus effugit; quibus quoque omissis presidiis bello contra Bachidem victus et tandem occissus (sic) et Dei populus contritus est. Dicamus igitur: iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum, merito omnia patimur, quia pecavimus tibi et mandatis tuis non obedivimus. Non enim solet divina clemencia tam severo iudicio corripere populum peccatorem, nisi cum illum videt a suis preceptis pertinaciter oberrantem. Achior Amonites licet gentilis Oloferni consilium dedit dicens: perquire, Domine, si est aliqua iniquitas ipsorum in conspectu Dei ipsorum. Ascendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Dominus eorum tibi et subiecti erunt sub iugo potencie tue. Si autem non est offensio populi huius coram Deo, non poterimus resistere illis, quoniam Dominus Deus eorum defendet eos et erimus in opprobrium universe terre.

Hinc timendum est et vehementer formidandum, quod nunquam contra fidelem populum infidelium furor tantum praevalere potuisset, nisi in ipsis fidelibus Salvator aliquid reperisset, quod oculos sue magestatis (sic) vehementer offenderet, qui nonnunquam solet corruptos hominum mores bellis contere atque emendare, et se de inimicis cum inimicis vindicare. Ad penitentiam igitur et oracionem maturandum nobis est, ne dum de die in diem diferendo emendacionem et ad Dominum Deum nostrum renunciantibus nobis graviora contingant. Certi quidem, quia si revertemur ad Dominum, ipse revertetur ad nos. Videns enim afflictionem filiorum Israel in Egipto audiensque clamorem eorum gloriosissimum illis de Egipciis triumphum dedit et liberos eos cum gaudio tum per mare tum per vastam illam deserti solitudinem ad terram promissionis transvexit. Cumque illi veteribus malis nova coniungerent et pro suis peccatis ab omnibus finitimis nacionibus variis temporibus essent oppressi, quociens connisi („conssi”) Domini prestolabantur auxilium, divina miseracione liberavit. Ipsi David

penitenti et cum fletu dicenti: Peeavi, Domine, – peccatum extemplo dimisit. Et Ezechie oranti vite periodum mortisque terminum porogavit (sic). Et perituros iusta (sic pro iuxta) Siriam Ninivitas cum flentes orantesque ad eum fuere conversi, in misericordia exaudivit.

Et nunc quidem non est abbreviata manus Domini, benignus et misericors est et paciens et multe misericordie et prestabilis super maliciam populi sui. His itaque Sanctarum Scripturarum testimoniis et exemplis aliisque conplurimis permoti hortamur vos, Fratres et Filii, per viscera misericordie Domini nostri Jesu Christi, ut iuxta crediti vobis officii pastoralis rationem reformationi morum subditorum populorum vestrorum secundum sanctorum patrum canones et decreta diligentius insistatis quia ut beatus Gregorius predecessor noster ait: dominicum gregem lupus non iam in nocte latenter, sed in aperta luce dilaniat. Vigilemus ergo, ne quid pereat, et si captum forte quid fuit, vocibus divinatorum eloquiorum ad gregem dominicum reducamus, nec nos labor terreat, quia nomen pastoris non ad quietem, sed ad laborem suscepimus. Cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio pastor occidit. Nobis autem nil tam cordi est tamque desideramus, quam omnium christianorum prout secundum Deum debemus et obligamur vitam moresque reformare. Idemque Deo adiutore debitis incrementis prosequi intendimus.

Verum quia nos in presenciarum ista turcorum inimicorum urget tempestas, ad occurrendum illi toto studio omnibusque viribus insudamus, et sicut a christifidelibus tam clericis quam laicis per bullam nostram superinde confectam corporalia auxilia requisivimus, ne nobis ipsis deficere videremur, ita et nunc spiritualia, que maiora sunt, instancius prestolamur. Vos igitur et vestrum singulos monemus, hortamur in Domino atque de Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius autoritate confisi mandamus et precipimus, ut omnes et singuli sacerdotes, eciam si cardinalatus aut alia quacumque ecclesiastica dignitate prefulgeant, secularium et regularium ordinum quorumcumque exemptorum et non exemptorum, quatenus cum eos celebrare contigat (sic), comemoracionem faciant et oracionem dicant contra paganos institutam, videlicet: Omnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates ac omnium iura Regnorum respice in auxilium christianorum, ut gentes paganorum, que de sua feritate confidunt, dextere tue potencia conterantur. Quibus quidem celebrantibus et huiusmodi oracionem dicentibus de spirituali thesauro Ecclesie centum dies de iniunctis eis penitenciiis misericorditer in Domino relaxamus. Et ut omnis populus cuiuscumque sexus et generis oracionum et indulgenciarum huiusmodi particeps esse possit, precipimus et mandamus, ut in singulis ecclesiis quarumcumque civitatum terrarum et locorum inter nonas et vespervas, videlicet ante pulsacionem vesperarum, sed ei propinque saltem per intervallum medie hore singulis diebus tribus vicibus una campana vel plures sonorose, ut bene audiantur, pulsantur, quemadmodum pro angelica salutacione de sero pulsari consuevit, et tunc quilibet dominicam oracionem videlicet Pater noster et angelicam salutacionem videlicet Ave Maria gracia plena etc. tribus vicibus dicere debeat, quibus semel quadraginta, tribus autem vicibus dicentibus genibus flexis Centum dies indulgenciarum misericorditer in Domino elargimur.

Mandamus insuper atque precipimus, quatenus in singulis civitatibus, terris, castris et villis sive locis nostrarum diocesium aut administracionum sive iurisdiccionum omnibus primis diebus dominicis singulorum mensium processiones generales fieri faciatis, ad quas omnis populus conveniat et clerici sive seculares sive regulares sive mendicantes et non mendicantes, exempti et non exempti, qui extra aut intra menia civitatum, terrarum, castrorum atque villarum sive locorum existant aut in suburbiis. Religiosi vero, qui in solitudine degunt quique ad huiusmodi processiones, quando in civitatibus, terris, castris et villis sive locis fieri solent, convenire non consueverunt, non compellantur, sed eisdem diebus ipsi aut intra clausuram monasteriorum suorum aut in circuitu eorum aut ad aliquam proximam basilicam se conferentes, prout eis maior

devocio fuerit, processiones faciant. Moniales autem intra menia urbium sive extra habitantes predictas processiones intra clausuram faciant: Septem psalmos penitenciales cum letaniis decantantes.

Si preterea inpredictis dominicis diebus aliquod legitimum impedimentum supervenerit, quominus huiusmodi generales processiones devote atque pacifice fieri non possent, nolumus, quod una queque parochia sive monasterium aut quevis alia ecclesia intra ambitum ecclesiarum aut claustrorum eas faciat, aut quomodo vos et quilibet vestrum devocioni et tranquillitati populi melius conducere iudicabitis, super quo vestras consciencias oneramus. Oraciones autem sive cantus ceteraque cerimonie in processionibus predictis ita fiant, sicut in quibuslibet civitatibus, terris, castris et villis sive locis consuetum est, aut sicut vos ipsi pro re tam pia tamque necessaria devocius ordinandum putaveritis, ita tamen, quod missa solemnis dicenda in predictis processionibus sit ea, que in ecclesia contra paganos per Ecclesiam ordinata est.

Verum quia et fides et opera fidei ex auditu sunt, ut ait apostolus, nec quis audire potest sine predicante, volumus atque mandamus, quod in civitatibus, castris et villis sive locis, in quibus predicator quispiam verbi Dei haberi possit, in ipsa solemnitate processionis per illum sermo fiat ad populum, in quo primum studebit fidem confirmare eosque patientes in huiusmodi tribulationibus reddere doceatque, quomodo probacio fidei pacienciam operatur et paciencia opus perfectum habet; et ut beatus Augustinus ait: quocienscumque pressure seu tribulacionis aliquid patimur, admoniciones sunt et correcciones nostre, nam et ipse Sancte littere non nobis promittunt pacem, securitatem et quietem, sed tribulaciones, pressuras et scandala demonstrant. Quid tale modo genus humanum patitur insolitum, quod non patres nostri passi sunt? Est quidem ecclesia, ut ait beatus Ambrosius, navis in solo nrndi huius constituta crebris ventorum flatibus et aquarum fluctibus idest temptacionum verberibus fatigata, quam turbidi fluctus idest huius seculi potestates conantur ad saxa producere, que et si undarum fluctibus aut procellis sepe vexatur, nunquam tamen potest sustinere naufragium, quia in arbore eius idest in cruce Christus erigitur, in pupe Pater residet gubernator, proram paraclitus servat Spiritus. Hanc per angusti huius mundi freta duodecim remiges ducunt idest Apostoli duodecim et similis numerus prophetarum. Hec namque est navis, que et si cotidie seculum istud tamquam aliquod pelagus sortitur infestum, numquam eliditur ad saxum nec mergitur ad profundum, sed illi rebus prosperis consolacio, ut adversis non frangatur et rebus adversis exercitatio, ut non corrumpatur prosperis, per divinam prudenciam procuratur. Atque ita unum temperatur ex altero. Hortetur insuper populum ad penitentiam, ex ea enim magis veritatis suusque precursor Joannes officium predicacionis exorsi sunt dicentes: Penitentiam agite, aporpinquabit in vos Regnum celorum; utque eterni iudicii diem sollicita mente conspiciant et terrorem illius penitendo preveniant, delictorum omnium maculas lavent fletibus, ut pius conditor noster cum ad iudicium venit, tanto eos maiore gracia consoletur, quanto nunc conspicit, quod ab eis sua delicta puniuntur; ac denique feritate turchorum illis exposita et quanta christianis intulerint inferreque conentur mala, omnium oraciones ac pia erigant ad Deum vota contra illos.

Nos vero, qui de Dei omnipotentis misericordia confisi largam indulgenciam opem corporalem ferentibus concessimus, indulgenciam eciam concedimus eis, qui opem tulerunt spiritualem orbis, itaque vere penitentibus et confessis, qui ad predictas processiones convenerint, septem annos et totidem quadragenas de vera indulgencia impartimur. Illis vero, qui pia emiserint vota eaque compleverint aut oracionum aut peregrinacionum aut elargicionis elemosinarum, ut omnipotens Deus ad auxilium christianorum respicere pro sua pietate dignetur, duos annos et totidem quadragenas de vera penitencia indulgemus; contentas in nostris presentibus litteris apostolicis seu bullis duraturas, quamdiu sancta cruciata nostra durabit. Et de celo, uti confidimus, victoria dabitur contra dictum perfidum Turcuru et alios damnate secte Mahometice

in partibus orientalibus sectatores. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre monicionis, hortacionis, mandati, relaxacionis, elargicionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Rome apud Sanctum Petrum. Anno etc. millesimo quadingentesimo quinquagesimo sexto. Tercio Calendas Julii. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Magyar nyelvű

Bevezetés

I. Emlékezzünk Hunyadi világraszóló győzelmére és III. Kallixtus „Imádságok bullá”-jára

Az 1956-os jubileumi évre való tekintettel, melyet az egész kereszténység, de elsősorban mi magyarok fogunk ünnepelni, annak a nagyszerű és dicsőséges győzelemnek az emlékére, melyet 1456. júl. 21. és 22-én Nándorfejérvár mellett a világhírű hadvezér, Hunyadi János, Krisztus atléta vezérlete alatt és Kapisztrán Szent János közreműködésével csodálatosan vívtak ki a magyar vitézek az egész nyugati kereszténységet megsemmisüléssel fenyegető törökök ellen; továbbá emlékére az „*Imádságok bullájának*”, melyet III. Kallixtus pápa ugyanazon évben adott ki a győzelem előmozdítása céljából, melynek révén elrendelte az egész keresztény világban a déli harangozást, örömmel hívjuk fel ezen dicső tetteknek 500 éves évfordulója alkalmából a keresztény hívek figyelmét s egyúttal bizonyítását adjuk a déli harangszó történetének a problémák rövid vizsgálatával és megvilágításával.

Mindenek előtt arra szeretnénk rámutatni, hogy milyen összefüggés van az említett bulla és a déli harangozás szokása között; továbbá, hogyan és milyen módon kell értékelnünk és értelmeznünk a nándorfejérvári győzelmet e kérdéssel kapcsolatban. Ha az első kérdésre a választ megadtuk, a következtetés magától adódik a másodikra.

II. A déli harangszó legrégebbi nyomai

